DE INCUBATIONE

CAPITA QUATTUOR

SCRIPSIT

LUDOVICUS DEUBNER

ACCEDIT LAUDATIO IN MIRACULA SANCTI HIEROMARTYRIS THERAPONTIS
E CODICE MESSANENSI DENUO EDITA

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCM

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

ALBRECHTO DIETERICH

PRAECEPTORI MEO

S

Index capitum

DE INCUBATIONE

Caput I.

De somniis divinis.

Quantum cum apud alios populos antiquos tum apud Graecos et Romanos somnia valuerint, ita ut in gravissimis quoque rei publicae negotiis habita sit eorum ratio, satis constat superque neque in hac re tritissima ullam voculam sumus addituri. De somniis divinis, h. e. quibus vis inest futuri praesentiendi, eorumque indole, de dis vel daemonibus divinitus missis, qui in eiusmodi somniis apparebant, eorumque habitu nonnulla in hoc capite primo adnotabimus. Quae tamen antequam ineamus, varias praemittere liceat observationes quibus quomodo antiqui somnia dispertiverint quaeque eorum genera discreverint brevibus attingatur.

Qua in re concinere quae apud Artemidorum (Oneirocr. I 2 p. 5 Herch.) et Macrobium (Somn. Scip. I 3, 2) leguntur iam Buechsenschuetzius monuit[1]). Enumerantur enim ab Artemidoro **ἐνύπνιον, φάντασμα, ὄνειρος, ὅραμα, χρηματισμός**[2]), a Macrobio **ὄνειρος** — somnium, **ὅραμα** — visio, **χρηματισμός** — oraculum, **ἐνύπνιον** — insomnium, **φάντασμα** — visum. Quam somniorum dispertitionem antiquitus usitatam fuisse suo iure coniecit idem Buechsenschuetzius, praesertim cum Artemidorus de 'phantasmate' inter multos alios Artemonem quendam Milesium atque Phoebum quendam Antiochensem explanatius egisse commemoret[3]). Nec discordat, quod Macrobius ipse (3, 1) in somniorum generibus tractandis hoc modo incipit: *„antequam ipsa somnii verba tractemus, prius quot somniandi modos observatio deprehenderit, cum licentiam figurarum, quae passim quiescentibus ingeruntur, sub definitionem ac regulam* v e t u s t a s *mitteret, edisseramus“* e. q. s. Accedit, quod eadem dispertitio apud scriptorem Byzantinum saeculi decimi quarti occurrit, Nicephorum dico Gregoram in commentario eius ad Synesii de insomniis librum scripto, ubi similem in modum

1) Traum und Traumdeutung p. 59 sq.

2) l. c.: *ἕπεται δὲ τούτοις, τῷ μὲν ἐνυπνίῳ τῷ ἀσημάντῳ τὸ φάντασμα, . . . τῷ δὲ ὀνείρῳ ὅραμά τε καὶ χρηματισμός.*

3) l. c.: *φάντασμα, περὶ οὗ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ δὴ καὶ Ἀρτέμων ὁ Μιλήσιος καὶ Φοῖβος ὁ Ἀντιοχεὺς διειλεγμένοι εἰσί.* cf. Buechs. p. 60 sq.

dispertitio illa tribuitur 'antiquis': εἰσὶ γὰρ διάφορα τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τεθειμένα τοῖς καθ' ὕπνους φαινομένοις. (Migne Patrolog. Gr. t. 149 p. 608 A.) Nicephorus Gregoras, quocum Macrobius multo magis congruit quam cum Artemidoro, ex eodem fonte hausisse videtur, de quo ille scientiam suam derivavit; Macrobius enim in explicandis somniorum generibus eundem observat ordinem, quo apud Nicephorum enumerantur (l. c.): πέντε γάρ φασι τούτων εἶναι τὰ εἴδη· ὧν τὸ μὲν ὀνομάζουσιν ἐνύπνιον, τὸ δὲ φάντασμα, τὸ δὲ χρηματισμόν, τὸ δὲ ὅραμα, τὸ δὲ ὄνειρον. Quocum plane concinit Macrobius inde a 3, 4, ubi diffusius singula tractat: ἐνύπνιον (4) φάντασμα (7) oraculum (8) visio (9) somnium (10). Nec non inter exempla a Macrobio et Nicephoro Gregora, ut genera illa diversa illustrarent, allata aliquid intercedit similitudinis.

Artissime vero cum Macrobii loco coniungenda sunt, quae apud Pseudo-Augustinum De spiritu et anima 25 t. 40 p. 798 Migne leguntur. Quod cum ex iis elucet, quae hic illic de somniorum dispertione proferuntur:

Macrob. I 3, 2.	Ps.-Augustinus l. c.
„*omnium, quae videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales et diversitates et nomina.*“ Secuntur nomina eo ordine, quem adnotavimus pag. 1.	„*omnium quae sibi videre videntur dormientes, quinque sunt genera; videlicet oraculum, visio, somnium, insomnium et phantasma.*“

tum maxime confirmabitur, cum singulas eorum contuleris explicationes:

Macrob. I 3, 4sqq.	Ps.-August.
4. „*est enim ἐνύπνιον, quotiens cura oppressi animi corporisve sive fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti . . . . . . corporis, ... si esuriens cibum aut potum sitiens desiderare . . . videatur.*“	„*insomnium est, quando id quod fatigaverat vigilantem, ingerit se dormienti; sicut est cibi cura vel potus*“ e. q. s.
7. „*φάντασμα vero, hoc est visum, cum inter vigiliam et adultam quietem in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare aestimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, varias-*	„*phantasma est, quando qui vix dormire coepit, et adhuc se vigilare existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas discrepantes et varias, laetas vel turbulentas. in hoc genere est ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur*

que tempestates rerum vel laetas vel turbulentas. in hoc genere est ἐπιάλτης, quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere et pondere suo pressos ac sentientes gravare.“	*invadere et pondere suo pressos ac sentientes gravare.“*
8. *„et est oraculum quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisve persona seu sacerdos vel etiam deus aperte eventurum quid aut non eventurum, faciendum vitandumve denuntiat.“*	*„oraculum est, cum in somnis parens vel aliqua sancta gravisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus eventurum aliquid aperte vel non eventurum, faciendum vel devitandum denuntiat.“*
9. *„visio est autem, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eveniet.“*	*„visio est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eveniet.“*
10. *„somnium proprie vocatur, quod tegit figuris et velat ambagibus non nisi interpretatione intelligendam significationem rei, quae demonstratur“* e. q. s.	*„somnium est figuris tectum, et sine interpretatione intelligi non potest.“*

Cum Pseudo-Augustino insint quae desunt Macrobio, communem statuere debemus fontem neque tamen eundem, de quo fluxerit Nicephorus Gregoras.


Quinque illa somniorum genera rursus exstant in Ioannis Saresberiensis (saec. XII) Polycratico II 15 t. 199 p. 429 A Migne: *„sunt autem multae species somniorum et multiplices causae et variae figurae et significationes. aut enim insomnium, aut phantasma, aut somnium, aut oraculum, aut visio est.“* Ubi tamen in singulis nullus consensus. Denique adicimus librorum Carolinorum locum (III 26 t. 98 p. 1173 B Migne), quo ad Macrobii commentarium spectatur: *„hic interponendum de quinque generibus visionum iuxta Theodosium Macrobium.“*

Videmus igitur dispertitionem illam somniorum fuisse notissimam [1]); consentiunt Artemidorus, Macrobius, Pseudo-Augustinus, Ioannes

---

1) Sex somniorum genera omissis tamen terminis technicis discernuntur a Gregorio Magno in dial. IV 48 t. 77 p. 409 B Migne. Quae quidem *„generantur“* 1) ventris plenitudine 2) eius inanitate 3) illusione 4) cogitatione et illusione 5) revelatione 6) cogitatione et revelatione. Idem in Gregor. Moral. VIII 24, 42 t. 75 p. 827 A Migne nec non receptum in Isidori Hispalensis Sententias IV 13 in Append. IX t. 83 p. 1163 A Migne; cf. Sent. III 6, 6. 7 t. 83 p. 669 A Migne.

Saresberiensis, Nicephorus Gregoras. Differunt in singulis Artemidorus, Ioannes Saresberiensis, reliqui inter se scilicet congruentes. Id quod hoc fere stemmate exprimi potest:



Ex his somniandi modis divinandi vis non nisi tribus ultimis tribuebatur, oraculo scilicet, visioni, somnio. *ἐνύπνιον* et *φάντασμα* „*cura interpretationis indigna sunt, quia nihil divinationis adportant*[1]); *una cum somno avolant et pariter evanescunt.*“[2]) Itaque „*ad nullam noscendi futuri opem*“ recipiuntur.[3])

Praesensionem quandam rerum futurarum iis praecipue inesse credebant somniis, quae mane apparerent[4]), cum animus hominum maxime a corpore esset liberatus, ipsi vero homines neque vigilarent neque dormirent, sed media quadam condicione penderent. Sic Iamblichus (de myst. III 2) de somniis divinitus missis inter alia haec profert: *ἀλλ' ἤτοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστι . . ., ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύδειν ὄντων ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἱ φωναὶ ἀκούονται.* Ex. gr. afferamus Marini locum e vita Procli 30, ubi de Aesculapii epiphania hoc dicitur: *μεταξὺ γὰρ ὢν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἶδε δράκοντα κτλ.* Interdum adeo potuit vividum esse somnium ut

1) Macrob. l. c. 3, 3.

2) ib. 3, 5. cf. Artem. Oneir. I 1 p. 3, 26 H.: *ἐφ' ὅσον μὲν ἐνύπνιόν ἐστιν ἐνεργεῖ, πανομένων δὲ τῶν ὕπνων ἀφανίζεται.*

3) ib. 3, 8. Artemid. I 1 p. 3, 5 H. somnium et insomnium discernit hoc modo: *ταύτῃ γὰρ ὄνειρον ἐνυπνίου διαφέρειν συμβέβηκε, τῷ τὸν μὲν εἶναι σημαντικὸν τῶν μελλόντων, τὸ δὲ τῶν ὄντων.* — Diversa ab his, quae praebent libri Carolini III 26 t. 98 p. 1172 C Migne: „*quanquam ergo et visiones et somnia mixtim dici consuetudo admiserit, inter visiones vero et somnia hoc quidem distare dicunt, quod somnia ea sunt, quae plerumque falluntur . . . . . . visiones vero dicunt quasdam veraciores revelationes*“ e. q. s.

4) cf. Philostr. V. Apoll. II 37: *ἂν μὲν γὰρ ἑῷος ᾖ* (sc. *ὁ καιρός*) *καὶ τοῦ περὶ τὸν ὄρθρον ὕπνου, ξυμβάλλονται* (*ὀνειροπόλοι*) *αὐτὴν* (sc. *τὴν ὄψιν*) *ὡς ὑγιῶς μαντευομένης τῆς ψυχῆς.* cf. etiam Buechs. p. 38 et adn. 96. — Observatum est omnino somnia matutina creberrima esse: v. Lehmann, Aberglaube u. Zauberei v. den ältesten Zeiten an bis in die Gegenwart, deutsche autorisierte Ausgabe von Dr. Petersen p. 396: „*Uns träumt stets in dem leichten Schlafe, der dem Erwachen unmittelbar vorausgeht*“ et ib. p. 395: „*Je leichter der Schlaf ist, desto häufiger sind auch die Träume.*“

vigilare sibi videretur is qui somniavit[1]). Quo pertinet illud *ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων* Iamblichi; cf. Aristid. t. II p. 312, 2 Keil: *ὡς ὕπαρ τὸ ὄναρ σκοπῶν ἐπ' ἐμαυτοῦ.* Quodsi Aesculapius in somno Aristidi dicit *ταῦτα δὲ εἶναι οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ, εἴσεσθαι δὲ καὶ αὐτόν* (p. 398, 28 K.), *ὕπαρ* significare videtur somnium verum, cui respondebit eventus. Quibus a somniis haud ita multum differunt visiones vigilantibus hominibus oblatae (nam his in rebus fines definiri non possunt); itaque asseverari videmus non *ὄναρ* aliquid factum esse, sed *ὕπαρ.* v. Max. Tyr. diss. XV, 7 extr.: *εἶδον καὶ τὸν Ἀσκληπιόν, ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ εἶδον, νὴ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ' ὕπαρ.* cf. Kaibel Ep. Gr. 802, 5 sq. de Pane: *ἀνα[φ]ανδὸν ἐπέστης, | οὐκ ὄναρ, ἀλλὰ μέσους ἤματος ἀμφὶ δρόμους.*[2])

Inter somniorum genera supra commemorata illud quidem maximam nimirum apud antiquos exhibebat vim, in quo aliquae personae quasi divinitus missae vel ipsi di apparebant, ut futura praedicerent. Hoc est quod nominatur *χρηματισμὸς* sive 'oraculum'; v. Macrob. S. S. l. c.: „*et est oraculum quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisve persona seu sacerdos vel etiam deus aperte eventurum quid aut non eventurum, faciendum vitandumve denuntiat.*“ (cf. supra p. 3.) Et apud Nicephorum Gregoram l. c. p. 608 B: *χρηματισμὸς δέ ἐστιν, ὅταν ἢ ἄγγελος ἢ ἱερεὺς ἢ πατήρ, ἤ τι τῶν σεμνότητα ἐχόντων προσώπῳ θεαθὲν προσαγορεύῃ, τῶν μέν, ὡς κίνδυνον καὶ λύπην ἐπιφέρειν μελλόντων, ἀπέχεσθαι, τῶν δέ, ὡς χρηστὰ κομίζειν μελλόντων, ἀντιποιεῖσθαι.* Vides ex his, quam arte cohaereant, quae apud Macrobium et Gregoram traduntur; deus ethnicorum apud scriptorem christianum in angelum mutatus est.

Itaque cum dei per somnum apparentes futura possent indicare, non mirum, quod talia somnia, ut quando quis vellet sibi compararent, studebant efficere; atqui non tantum oracula hoc modo sibi expetebant, sed omnino cum dis congredi eorumque consilio uti volebant. Sic exorta est incubatio[3]): in deorum templis ad dormiendum se prosterdebant

---

1) Contrarium accidit Act. apostol. XII 9, ubi de Petro angelum sequente dicitur hoc: *καὶ οὐκ ᾔδει, ὅτι ἀληθές ἐστιν τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει γὰρ ὅραμα βλέπειν.*

2) Cum Antiocho sophista vigili colloquebatur Aesculapius Aegis Ciliciae, Philostr. V. Soph. II 4 p. 75, 13 Kays. (Lips. 1871.) cf. Luc. Philopseud. 38: *ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου τε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ Ἥρωος ὕπαρ, διαλεχθέντος μοι κτλ.* Inspicias etiam Dionis Chrysostomi orat. ad Alex. XXXII 12 vol. I p. 270, 16 Arn.: *μάλιστα δὲ αὐτὸ* (sc. *τὸ δαιμόνιον*) *δείκνυσι τὴν αὑτοῦ δύναμιν καὶ μόνον οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διά τε χρησμῶν καὶ δι' ὀνειράτων. μὴ οὖν οἴεσθε κοιμωμένων μόνον ἐπιμελεῖσθαι τὸν θεόν, [καὶ] κατ' ἰδίαν ἑκάστῳ μηνύοντα τὸ συμφέρον, ἐγρηγορότων δὲ ἀμελεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἀθρόοις, μηδὲν ἂν δεῖξαι τῶν χρησίμων. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ ὕπαρ ὤνησε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐναργῶς προεῖπεν.*

3) v. etiam Buechs. p. 35: „*Der Wunsch, von dem zufälligen Erscheinen eines Traumes unabhängig zu sein und ein vorbedeutendes Zeichen der Art nach*

nebant, quia certis ritibus atque caerimoniis[1]) effectis animoque bene praeparato atque prorsus in res divinas converso verisimillimum erat illum per somnium appariturum esse deum, in cuius templo incubabant. Dei, quorum in sacris fieri solebat incubatio, erant chthonii — heroes, cum terra eiusque potentiae somnia hominibus emittere crederentur[2]), qua de causa videlicet ipsi terrae incubatum est. Qui dei, cum propria iis esset vis medendi, imprimis de morbis curandis consulebantur, ut per somnum remedia indicarent; quae res quid in Aesculapii templis valuerit nemini non constat.

Significatur incubatio verbis *ἐγκαθεύδειν*, *ἐγκοιμᾶσθαι*, *ἐγκατακοιμᾶσθαι*, *ἐπικατακοιμᾶσθαι*, *ἐγκοιτάζεσθαι*, *ἐγκοιμίζεσθαι*, *ἐγκατακεῖσθαι*, *ἐγκατακλίνεσθαι*, *κατακλίνεσθαι*[3]); latine semper 'incubare'.

---

eigenem Willen herbeiführen zu können, fand seine Befriedigung in den sogenannten Incubationsorakeln."

1) De quibus v. cap. II.

2) Hecuba terram advocat: *ὦ πότνια Χθών, μελανοπτερύγων μῆτερ ὀνείρων* Eur. Hec. 70 sq. De Eur. Iph. Taur. 1262 sqq. v. cap. III. cf. Laert. Diog. VIII 1, 32: *εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ ταύτας δαίμονάς τε καὶ ἥρωας ὀνομάζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τ' ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας.* — Haud secus iudicandum esse videtur de necyomanteis, quibus quidem per somnum oracula petebant, velut apud Plutarch. cons. ad Apoll. 14 p. 109 C: *ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον, προθυσάμενον δ' ὡς νόμος ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε κτλ.* Attendas in illo quod *χρηματισμὸς* vocatur somniorum genere explicando inter personas apparentes patrem nominatum esse. Quocum conferre licet, quod Max. Tyr. de necyomanteo in Magna Graecia apud lacum Avernum sito refert (diss. 14, 2): *ἐνταῦθα ὁ δεόμενος ἀφικόμενος, εὐξάμενος, ἐντεμὼν σφάγια, χεάμενος χοάς, ἀνεκαλεῖτο ψυχὴν ὅτου δὴ τῶν πατέρων ἢ φίλων.* Plut. l. c. sic pergit: *δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ.* Memorabile quod legitur in Cyrillo contra Iulianum 10 Migne Patrol. Gr. t. 76 p. 1024 C: *τὰς περὶ τῶν τεθνεώτων ὁράσεις αἰτεῖν, ἤγουν τὰ ἐνύπνια.* Sane mortuos sicut deos chthonios per somnum vaticinari non mirabitur, qui sciat, quam arte inter se horum illorum cultus cohaereat. cf. praeterea Schoemann, Griech. Altert. II[3] p. 341. Rohde, Psyche[2] I 37, 1.

3) Nondum audeo adicere illud *ἐγκατοχήσας*, quod in una inscriptione Smyrnaea (C. I. G. II 3163) invenitur; de quo adhuc incertis nobis haerendum esse videtur, quamquam iam Boeckhius adnotavit '*ἐγκατοχεῖν* est incubare'. Leguntur l. c. haec: *Παπίνιος ὁ φιλόσοφος, ἐγκατοχήσας τῷ κυρίῳ Σαράπιδι παρὰ ταῖς Νεμέσεσιν, εὐξάμενος αὐξῆσαι τὸ Νεμέσειον τὸν παρατεθέντ[α] οἶκον ταῖς Νεμέσεσιν ἀνιέρωσεν, ὡς εἶναι ἐν ἱερῷ τῶν κυριῶν Νεμέσεων τὸ ὅλον.* Qua de re nuper egit Erwinus Preuschen in libello qui inscribitur Mönchtum und Sarapiskult (Jahresbericht des Grofshrzogl. Ludw.-Georgs-Gymnasiums Darmstadt 1899). Maxima sane cum probabilitate vocem *ἐγκατοχήσας* cum illorum hominum nomine coniungit, qui in Sarapeo Memphitico habitabant, sc. *κάτοχοι*; tamen facere non possum quin dubitem, an sub iis societas sit intellegenda, quae ante omnia sibi propositum habuerit incubare (v. p. 26: *„das oben ermittelte Institut der Gilde von professionsmäfsigen Incubanten"*). Putat enim Pr. voce *κάτοχοι* homines significari per incubationem a deo 'occupatos', itaque in voce *ἐγκατοχήσας* explicanda cum Boeckhio congruit. Acris sunt ingenii nec non adrident, quae protulit vir doctissimus neque vero dubitationes desunt, de quibus longus fieri

ἐγκαθεύδειν: cf. ἐνεκάθευδε in iamatis Epidauriis[1]) Baunack nr. 59 (= nr. 1 Cavvad. Fouill.) I 4. VII 68/9. X 93/4. XVIII 124. nr. 80 (= nr. 2 Fouill.) I 1 (ἐνεκάθευδεν). III 10. IV 23. V 27/8. VIII 46/7. X 58. XVII 103. ἐγκαθεύδων ib. nr. 59 III 25. VI 49. 57. XII 98. nr. 80 VII 39. XII 66. XIII 69. XV 88. XVIII 111. XX 120. Suid. s. v. Δομνῖνος. ἐγκαθεύδοντος C. I. G. S. I 235, 39/40. ἐγκαθεύδοντι iam. Epid. nr. 59 VIII 76. Aristid. Rhet. II 337, 15 K. ἐγκαθεύδοντα iam. Epid. nr. 59 XIV 107/8. nr. 80 II 9. ἐγκαθεύδουσα ib. nr. 59 IV 37. nr. 80 XI 61 (ἐνκαθεύδουσα). XIV 83. XIX 117. XXI 123/4. XXII 129. ἐγκαθεύδουσι Euseb. v. Const. III 56. ἐγκαθεύδειν Cyrill. adv. Iul. Migne t. 76 p. 1024 B. C. I. G. S. I 235, 36. ἐγκοιμᾶσθαι: cf. ἐγκοιμῶνται Strabo XIV 1, 44 p. 649. ἐγκοιμώμενοι id. VI 3, 9 p. 284. Eustath. ad Dionys. Perieget. 1153 p. 313 Bernhardy. ἐγκοιμωμένων Str. XI 7, 1 p. 508. ἐγκοιμωμένοις Lycophr. 1050. ἐγκοιμηθέντα Arrian Anab. VII 26, 2. ἐγκοιμαθεῖσα iam. Epid. nr. 59 II 10/1. ἐγκοιμᾶσθαι Str. XVI 2, 35 p. 761. id. XVII 1, 17 p. 801. Plut. consol. ad Apoll. 14 p. 109 C. cf. ἐγκοιμήσεως Diodor. I 53, 8. ἐγκατακοιμᾶσθαι: cf. ἐγκατεκοιμάθη iam. Epid. nr. 59 I 9. nr. 87, 1 p. 144 Baun. ἐγκατακοιμαθεῖσα ib. nr. 59 II 15. ἐγκατακοιμηθῆναι Herod. VIII 134. ἐπικατακοιμᾶσθαι: cf. ἐπικατακοιμῶνται Herod. IV 172. ἐγκοιτάζεσθαι: cf. ἐγκοιτασθέντος iam. Epid. nr. 59 XI 95. ἐγκοιμίζεσθαι: cf. ἐγκεκοιμισμένων iam. Epid. nr. 59 X 90. ἐγκατακεῖσθαι: cf. ἐγκατακείμενοι Aristoph. Plut. 742. ἐγκατακλίνεσθαι: cf. ἐγκατεκεκλίμην Aristid. II 410, 27; 415, 11 K. ἐγκατακλιθῆναι Hyperides pro Euxen. 14 p. 41 Blaſs[3]. Forma activa ἐγκατακλινοῦντε Ar. Plut. 621. κατακλίνεσθαι: cf. κατεκλίθη Plut. de gen. Socr. 22 p. 592 F. κατακλιθέντα Hyperides l. c. 18 p. 42. Forma activa κατακλίνουσι Ael. hist.

---

non possum. De Nemesibus aliquid addere liceat, quo Preuscheni opinio etiam adiuvari videtur, quamquam et hoc mihi quidem nihil videtur demonstrare. In eodem enim sacro Nemesium Smyrnaeo Alexander Magnus per somnum a deabus illis admonitus est, ut in Pagum montem traduceret Smyrnaeos: 'Ἀλέξανδρον . . . ἀφικέσθαι πρὸς Νεμέσεων λέγουσιν ἱερόν, καὶ πηγῇ τε ἐπιτυχεῖν αὐτὸν καὶ πλατάνῳ πρὸ τοῦ ἱεροῦ, πεφυκυίᾳ δὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. καὶ ὑπὸ τῇ πλατάνῳ καθεύδοντι κελεύειν φασὶν αὐτῷ τὰς Νεμέσεις ἐπιφανείσας πόλιν ἐνταῦθα οἰκίζειν καὶ ἄγειν εἰς αὐτὴν Σμυρναίους, ἀναστήσαντα ἐκ τῆς προτέρας Paus. VII 5, 2. cf. Aristid. Palinod. in Smyrn. 7 vol. II p. 18, 15 Keil: 'Ἀλεξάνδρου μὲν οὖν ὕπνος ᾄδεται προοίμιον τῆς κατοικίσεως (sc. Σμύρνης) ἔχων. Nec non nummi Smyrnaei virum praebent sub arbore dormientem, cui binae adstant Nemeses, v. Eckhel Doctr. numm. vol. II p. 548 b. Nihilo minus de incubatione apud Nemeses facta dubito, quia credere non possum casu accidisse, quod tituli Smyrnaei his de rebus prorsus silent.

1) Ubi somnium ipsum fere hoc modo introducitur: ὄψιν vel ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει κτλ. ὄψιν: 59 II 11. 16. III 25. IV 37. VI 49. 57; 80 III 16. X 58. XII 66. XV 88. XVII 103. cf. ἔφα ὄψιν εἰδεῖν (εἴδειν Prellwitz), δοκεῖν κτλ. 59 XVI 118. ἐνύπνιον: 59 XII 98 sq. (ἔδοξε). XIII 104. XVII 120; 80 III 11. IV 23 sq. VII 39. IX 51 sq. XI 61. XIV 83. XVIII 111. XIX 117 sq. XX 120 sq. XXI 124. XXII 130. Similis formula in somniis ab Herodoto relatis: νυκτὸς ἐπελθούσης εἶδε ὄψιν . . . τοιήνδε· ἐδόκει ὁ Κῦρος . . . ὁρᾶν I 209. ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξέ οἱ ἄγγελον . . . ἀγγέλλειν κτλ. III 30. ἰδούσης τῆς θυγατρὸς (Polycratis) ὄψιν ἐνυπνίου τοιήνδε· ἐδόκει οἱ τὸν πατέρα . . . λοῦσθαι . . . ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν κτλ. III 124. τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν τοιήνδε· ἐδόκει ὁ Ἱππίης . . . συνευνηθῆναι κτλ. VI 107. ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν τοιήνδε . . . ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἄνδρα . . . εἰπεῖν VII 12. ἔδοξέ τις cum infinitivo per totum quintum Artemidori librum in somniorum exemplis adhibetur. cf. Cic. de div. I 23, 46: „visam esse videre".

anim. IX 33. κατέκλινεν Ar. Vesp. 124. κατεκλίναμεν Ar. Plut. 662. κατακλίνειν ib. 411. cf. κατακλίσεως Aristid. II 415, 10. κατακλίσεις id. 412, 24. Latine incubare: cf. incubat Plaut. Curcul. 61. Serv. ad Verg. Aen. VII 88. incubuit Verg. Aen. VII 88. Valer. Maxim. VIII 15 extern. 3. incubuere Pompon. Mela I 8, 46. incubantes Solin. VII 10. incubaturis Tertull. de an. 48 Corp. Script. Eccl. Lat. XX 1 p. 379, 15. incubare Plaut. Curc. 266. 268. Serv. Aen. VII 88. Hieron. ad Jes. 65, 4 Migne Patrol. Lat. t. 24 p. 657 A. cf. excubabant Cic. de div. I 43, 96.

Hac igitur incubatione efficiebatur, ut homines cum dis per somnum possent congredi, colloqui[1]), quaestiones proferre, responsa accipere. Id quod exprimitur, cum Celsus apud Orig. c. Cels. VII 35 de Trophonio, Amphiarao, Mopso dicit, ὅτι ὄψεταί τις αὐτοὺς οὐχ ἅπαξ παραρρυέντας, . . . ἀλλ' ἀεὶ τοῖς βουλομένοις ὁμιλοῦντας[2]).

Consentaneum est vel eos homines, qui in templis incubabant, non semper somnia perspicua accepisse, velut Cappadocem illum, qui

1) cf. de Fauni oraculo Verg. Aen. VII 88 sqq.: „*(sacerdos) pellibus incubuit stratis somnosque petivit, | multa modis simulacra videt volitantia miris | et varias audit voces fruiturque deorum | conloquio.*“

2) Elucet ex his Trophonium eodem modo vaticinari, quo Amphiaraum et Mopsum, h. e. per somnum. Quamquam non negamus aliquam exstare differentiam. Nam cum apud ceteros deos in ipsorum templis incubarent, apud Trophonium in antrum erat descendendum; ubi tamen πνεύματα quaedam (v. schol. Ar. Nub. 508 I. schol. Arist. III p. 65, 30 Dind. Aristot. de mundo 4 p. 395 b 26 Bekk. Stob. Phys. I 34, 2 p. 185 Mein.) videntur homines eiusmodi somno affecisse, quo ad res divinas percipiendas idonei facti sint. Itaque Tertullianus de an. 46 C. S. E. L. XX 1 p. 377, ubi oracula enumerat, quibus per somnum divinabatur, Trophonium quoque commemorat. Boeotiis, qui a Thracibus superati in antrum eius confugerant, *per somnium* ille Dionysum auxilium praebiturum nuntiavit. cf. Phot. s. v. Λύσιοι τελεταί· αἱ Διονύσου· Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους. cf. Suid. s. v. eadem. Apostol. X 99 (Paroem. II 513). Arsenius Viol. p. 340 Walz. (Λύσιοι τελεταὶ καὶ λύσαν ἀλλήλους praebent Ap. Ars. ll. cc. Ultima verba e contextu in titulum ablata sunt; v. Leutsch ad Ap. Pro ἔλυσαν ἀλλήλους Arsenius exhibet καὶ ἐλύθησαν, Apostol. καὶ διελύθησαν. 'καὶ' illud irrepsit, quia μεθύουσιν 3. plur. ind. praes. esse putabant, praesertim cum Dionysii auxilium efficacius videretur, si Boeotii ipsi vino impleti hostes vicissent.) Quae in Timarchi narratione leguntur, qui Trophonium consultavit: ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον . . . κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει (Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 B), in memoriam revocant supra a nobis adnotata (cf. p. 4). Denique in eiusdem narrationis fine de se ipso Timarchus haec profert: εἶτα μέντοι μετὰ μικρὸν ἀνενεγκὼν ὁρᾶν αὐτὸν ἐν Τροφωνίου παρὰ τὴν εἴσοδον, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς κατεκλίθη, κείμενον. — De adeuntibus Trophonium dicitur συγγίγνεσθαι τῷ Τροφωνίῳ, v. Philostrat. Vit. Apoll. VIII 19 p. 335, 8 Kayser: ἐπεὶ τῷ Τροφωνίῳ μήπω ξυγγέγονα. Max. Tyr. diss. 14, 2: ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ (sc. Trophonio). Vel ἐς διάλεξιν ἔρχεσθαι, v. Philostr. Vit. Apoll. ib. p. 336, 2: ἐχώρει ὑποχθόνιος (Apollonius) . . καθάπερ ἐς διάλεξιν ἑαυτὸν στείλας. Quocum conferri potest ib. IV 16: ἐς διάλεξιν τοῦ Ἀχιλλέως ἦλθον (verba Apollonii, qui Achillis tumulum adierat). ἐντυχεῖν θεοῖς ὄναρ de Epimenide dicitur, qui in Iovis Dictaei antro versabatur, Max. Tyr. diss. 16, 1.

frustra in Aesculapii sacro Epidaurio dormiverat: „*migrare certumst iam nunc e fano foras*, | *quando Aesculapi ita sentio sententiam*, | *ut qui me nihili faciat nec salvom velit*“ Plaut. Curc. 216 sqq. cf. 260 sqq. In iamatis Epidauriis nr. 80 Baun. (= 2 Fouill.) V de muliere agitur, quae somnio perspicuo (*ἐναργές* v. 28) non oblato rursus domum reportatur.

Itidem nimirum fieri potuit, ut non deus per somnum appareret, etiamsi in eius templo fieret incubatio, sed alia persona. Quae res optime illustretur, si evolvas Aristid. II p. 396, 24 Keil, ubi leguntur haec: *ἐπειδὴ ἐγενόμεθα ἐν τῷ ἱερῷ* (Pergami), *τῇ πρώτῃ τῶν νυκτῶν φανεὶς ὁ θεὸς τῷ τροφεῖ μου ἐν τῷ Σαλβίου τοῦ νῦν ὑπάτου σχήματι. ὅστις δὲ ὁ Σάλβιος οὔπω τότε γε ᾔδειμεν· ὁ δ' ἐτύγχανε προσεδρεύων τῷ θεῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ἔφη δ' οὖν ὁ τροφεὺς ὡς ἐν τούτῳ δὴ τῷ σχήματι διαλεχθείη πρὸς αὐτὸν κτλ.* Iam apparet non deum visum esse, sed supplicem quendam eodem in templo morantem, quem viderat ille *τροφεύς* cuiusque imago in eius mente remansit atque noctu per somnium rursus ei se obtulit. Nihilo minus deus habetur modo advenae vestem indutus[1]). Similiter iudicandum videtur de papyri Londinensis loco (Wessely Neue Griech. Zauberpapyri p. 49, 865 sq. = Kenyon Greek Papyri p. 110, 798 sq.), ubi de angelo apparente dicitur hoc: *ἐν φίλου* (*φιλω* pap.) *σου οὗ γνωρίζεις σχήματι εἰσέρχεται.*

Credere licebit caerimoniis praescriptis ac ritibus nec minus loco ipso numinisque divini quasi praesentia adeo fere praeparatos fuisse supplicum animos, ut profecto dei figura in somno iis apparuerit. Cum autem dei formam ac figuram cum eius statua congruere probabile videatur, eodem modo credere licebit illo plerisque apparuisse deum habitu, quo ipsi eum die venerati essent, itaque statuae simili. Id quod nonnumquam clare dicitur: Romani Pythiae oraculum secuti, cum Epidauri Graecorum concilium, ut deus sibi daretur, oravissent, noctu ille Ogulnio Romano in somnio apparuit „*qualis in aede esse solet*“, Ov. met. XV 654 sq. Vel in Longi Pastoralibus nymphae statuis similes apparent (II 23, 1 p. 274, 19 Hercher): *αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι . . . τοῖς ἀγάλμασιν ὅμοιαι.* cf. ib. III 27, 2 p. 299, 21: *αἱ δὲ* (*Νύμφαι*) *αὐτῷ καθεύδοντι νύκτωρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐφίστανται σχήμασιν, ἐν οἷς καὶ πρότερον.* Monuimus haec, quia putamus hac ex re originem duxisse illa oracula, quae a statuis praeberi traduntur idque partim per somnum. Imprimis si quis in eiusmodi erat statu, ut nec dormiret nec vigilaret, atque praeterea eodem loco iacebat, ubi dei erat statua (sicut Tithoreae in Asclepieo a dextera statuae parte lectus exstabat[2]), facillime fieri potuit, ut dei imago cum statua

1) Euphronio Epicureo peripneumonia laboranti in Asclepieo dormienti sacerdos remedium videtur indicare, Aelian. Apospasm. 89.

2) *κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος* Paus. X 32, 12.

eius commisceretur; itaque credebant ipsam statuam vaticinari. Sic in schol. Pers. sat. II 56 legimus: „*Acron tradit quod in porticu quondam Apollinis Palatini fuerint L Danaidum effigies, et contra eas sub divo totidem equestres filiorum Aegypti. ex iis autem statuis quaedam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula.*“ In Troade divinabant statuae Neryllini (*χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται* Athenagoras supplicatio pro christianis 26 Corp. Apologet. christ. saec. II t. VII p. 140) et Protei sive Peregrini (*ὁ μὲν καὶ αὐτὸς* [sc. *ἀνδριὰς τοῦ Πρωτέως*] *λέγεται χρηματίζειν* ib.; cf. schol. in not. 12 p. 141: *τοῦτον λέγει Πρωτέα περὶ οὗ Λουκιανὸς γράφει, ὃν ἐκεῖνος καὶ Περεγρῖνον καλεῖ*).

Sed haec in transitu. Accedamus denique ipsa somnia, de quibus nonnulla liceat componere. Hoc quidem monere non praetermiserim, cum somnia in deorum templis facta a somniis domi vel alibi oblatis re ipsa nimirum nullo modo differant, de his illis promiscue nos agere posse; nec non de visionibus die factis nonnulla affluent.

Iamblichus de mysteriis III 2 haud pauca ea de re attulit, quomodo somnia divinitus missa a somniis humanis (*ἀνθρώπινοι*) discernantur, quibuscum non discordant, quae alibi de singulis somniis traduntur vel de iis rebus, quae inter incubandum solebant accidere.

Audiuntur voces.

ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου περὶ τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: *εἰπεῖν τινα πρὸς αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον* Plut. de gen. Socr. 22 p. 591 A. *ἀμφότεροι δὲ ταὐτὰ περὶ τῆς ὀμφῆς ἔφραζον* Plut. Sull. 17. *τὶς καὶ εἶδε καὶ ἄλλος ἤκουσεν* Paus. IX 39, 11. *τὰ μὲν ἰδών, τὰ δὲ ἀκούσας* Max. Tyr. diss. 14, 2. cf. Plut. de gen. Socr. 21 p. 590 B. De Pasiphaae oraculo: *φωνὴν ἐκ τοῦ ἱεροῦ γενέσθαι φράζουσαν* Plut. Cleom. 7. De Sarapidis: *καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ* Arrian Anab. VII 26, 2. De Aesculapii Adrottis: *καὶ γὰρ ὄντως ἀκοαὶ λέγονταί που εἶναι τῷ τόπῳ* Marinus v. Procli c. 32. cf. ex Aristidis orationibus sacris: *ἐγένετο δέ μοι καὶ νύκτωρ φωνὴ λέγοντός του κτλ.* II 414, 31 K. *γίγνεται φωνὴ δι' ὀνείρατος* 427, 14 K. De Fauni oraculo: „*varias audit voces*“ Verg. Aen. VII 90. „*subita ex alto vox reddita luco est*“ ib. 95. cf. Serv. Aen. VII 81. Cic. ND II 2, 6. III 6, 15. id. de div. I 45, 101.

Aura amoena circumit dormientes.

καὶ ποτὲ μὲν ἀφανὲς καὶ ἀσώματον πνεῦμα περιέχει κύκλῳ τοὺς κατακειμένους, ὡς ὅρασιν μὲν αὐτοῦ μὴ παρεῖναι, τὴν δὲ ἄλλην συναίσθησιν καὶ παρακολούθησιν ὑπάρχειν, ῥοιζομένου τε ἐν τῷ εἰσιέναι καὶ περικεχυμένου πανταχόθεν ἄνευ τινὸς ἐπαφῆς, θαυμαστά τε ἔργα ἀπεργαζομένου πρὸς ἀπαλλαγὴν παθῶν ψυχῆς τε καὶ σώματος. Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: *ἔπειτα κατακούειν* (sc. *δοκεῖν ἔφη*) *ἀμαυρῶς ῥοίζου τινὸς ὑπὲρ κεφαλῆς περιελαυνομένου φωνὴν ἡδεῖαν ἱέντος* Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C.

Fulget mystica lux.

ἄλλοτε δὲ φωτὸς ἐπιλάμψαντος λαμπροῦ καὶ ἠρεμαίου κατέχεται μὲν ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ὄψις, συμμύει τε, ἀναπεπταμένη μὲν οὖσα πρότερον· αἱ δ' ἄλλαι αἰσθήσεις διεγηγερμέναι τυγχάνουσι, καὶ συναισθάνονται πῶς εἰς

τὸ φῶς οἱ θεοὶ ἐκφαίνονται, ὅσα τε λέγουσιν ἀκούουσι καὶ ὅσα δρῶσιν ἴσασι παρακολουθοῦσαι Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: *ἀναβλέψας δὲ τὴν μὲν γῆν οὐδαμοῦ καθορᾶν, νήσους δὲ λαμπομένας μαλακῷ πυρί* Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C. De Ptolemaei somnio: „*simul visum eundem iuvenem in caelum igne plurimo attolli*" Tac. Hist. IV 83. Plura in Aristidis orationibus inveniuntur: *ἐφάνη δὲ καὶ ὁ Τελεσφόρος νύκτωρ . . . καὶ ἀπέλαμπεν ἐν τῷ καταντικρὺ τοίχῳ σέλας ὥσπερ ἐξ ἡλίου* II 419, 10 K. *ἐγένετο δὲ καὶ φῶς παρὰ τῆς Ἴσιδος καὶ ἕτερα ἀμύθητα φέροντα εἰς σωτηρίαν* 424, 16. *ὤφθη τὸ ἕδος* (scil. Aesculapii)... *πυρὶ λαμπόμενον κύκλῳ πλὴν τῶν κεφαλῶν* 438, 25. *ἐπιστρέψαντος δέ μου ὡς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν... διῇξεν σέλας ἐκ δεξιᾶς καὶ κατέσκηψεν οὕτω δή τι παρ' αὐτὰς ἄκρας μου τὰς κόμας ὥστε ἐθαύμαζον εἰ μὴ ἡμμέναι εἶεν* 466, 12. De Aesculapio: *τῷ τύγα ποστείχοντι συνάντησας σὺν ὅπλοισιν λαμπόμενος χρυσέοις, Ἀσκλαπιέ* Isyll. 63 sq. cf. Hippolyti Refut. haeres. IV 33 p. 96, 73 sq. Duncker, ubi Aesculapius a magis citatus *φαίνεται κατὰ τοῦ ἐδάφους πυρώδης*. Aresthanas pastor, qui Aesculapium in Titthio monte natum invenit, *ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός*.[1]) cf. Acta apostol. XII 7: *καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐπέστη τῷ Πέτρῳ καὶ φῶς ἐπέλαμψεν τῷ οἰκήματι*. Ev. Luc. XXIV 4: *καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς* (sc. *γυναιξίν*) *ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ*. Timoleontem in Italiam proficiscentem lux mystica in mari prosequitur a Cerere et Cora missa, Plut. Timol. 8.

De deo apparente fere adhibetur vox *ἐφίστασθαι*, quae optime subitum exprimit adventum.

ἐφίσταται de Protesilao Philostr. Heroic. 679 p. 148, 18 Kays.; de Apolline Orpheo adsistente id. V. Apoll. IV 14 p. 134, 1 K. *ἐφίστανται* de nymphis Longus Daphnis et Chloë II 23, 1 p. 274, 20 Hercher; ib. III 27, 2 p. 299, 22. *ἐφισταμένην* de Iside Diodor. I 25, 5; de Hemithea id. V 63, 2. *ἐπέστης* de Pane Kaibel Ep. Gr. 802, 5. *ἐπέστη* de angelo Domini, qui pastoribus Christum natum esse nuntiat Evangel. Luc. II 9; de eodem, qui Petro visus est in vincula coniecto Act. apost. XII 7. *ἐπέστησαν* de duobus viris vestes fulgentes indutis, qui mulieribus in Christi apparuerunt sepulcro Ev. Luc. XXIV 4. *ἐπιστάς* de Aesculapio iam. Epid. nr. 61, 12 p. 118 Baun. nr. 59 IV 37. VI 58. Ael. Aposp. 100 Hercher. Philostr. V. Apoll. I 9 p. 8, 15. ib. I 10 p. 9, 23; de Protesilao id. Heroic. 675 p. 143, 14; de Palamede ib. 685 p. 154, 7; de Aiante ib. 684 p. 153, 9; de Deo noctu Paulo apparente Act. apost. XXIII 11. *ἐπιστάντος* de Aesculapio Philostr. v. Soph. I 25 p. 46, 19. *ἐπιστάντι* de Apolline Artemid. Oneir. II 70 p. 168, 5 Herch. *ἐπιστάντα* de Trophonio Philostr. V. Apoll. VIII 19 p. 336, 4; de Mopso Plut. de def. or. 45 p. 434 E; de Sarapide Plut. Alex. 73; de Xerxis somnio Herod. VII 12. *ἐπιστᾶσα* de Proserpina Paus. IX 23, 3. *ὄψις ἰνδάλματος ἱεροῦ* Ael. Apospasm. 106 H. *ἐπιστάν* de somnio (*ὄνειρον, ὄναρ*) Herod. VII 14. Aristid. II 447, 34.

Dei apparent comes ac placidi.

„*deus* (Aesculapius) *in somnis opifer consistere visus . . . et placido tales emittere pectore voces*" Ov. met. XV 653 sqq. cf. Stat. Silv. III 4, 23 sqq.,

---

1) Paus. II 26, 5. Omnino locus ille maxime memorabilis: *οὕτω τὸν Ἀρεσθάναν ἐς πᾶν φασὶν ἀφικνεῖσθαι ζητήσεως, εὑρόντα δὲ ἐπιθυμῆσαι τὸν παῖδα ἀνελέσθαι, καὶ ὡς ἐγγὺς ἐγίνετο, ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός, νομίσαντα δὲ εἶναι θεῖόν τι, ὥσπερ ἦν, ἀποτραπέσθαι. ὁ δὲ αὐτίκα ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν ἠγγέλλετο τά τε ἄλλα ὁπόσα βούλοιτο εὑρίσκειν ἐπὶ τοῖς κάμνουσι, καὶ ὅτι ἀνίστησι τοὺς τεθνεῶτας*. Non potes non de Christo nato cogitare.

ubi dicitur Iuppiter *„Pergameas intrasse domos, ubi maximus aegris | auxiliator adest et festinantia sistens | fata salutifero mitis deus incubat angui.“* In Ἀσκληπιός nomine iam ab antiquis ἤπιος adiectivum subaudiebatur. Similiter de Sarapidis nomine Plut. De Is. et Os. 29 p. 362 D: ἐγὼ δέ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τοὔνομα τοῦ Σαράπιδος, εὐφροσύνην αὐτὸ δηλοῦν οἴομαι καὶ χαρμοσύνην. Ael. Aposp. 99 H. effigiem describit, ubi παῖς . . . ὑπομειδιῶν cum Aesculapio Theopompi aegroti lecto adsistit. Memineris Aesculapii effigies. De Protesilao: φαιδρὰν δὲ ὀφρὺν περὶ τὸ ὄμμα βέβληται, τὸ γὰρ ἐπίχαρι αὐτῷ φίλον . . . . φεῦ τῶν ὀφθαλμῶν ὡς ἐπαφρόδιτοί τε καὶ φιλικοὶ φαίνονται Philostr. Heroic. 673 p. 141, 28; cf. ἱλαρός de eodem 674 p. 142, 30. μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν de nympharum statuis, quae per somnum apparere solebant, Longus D. et Chl. I 4, 2 p. 243, 18 H. μείλιχε advocatur Pan apud Kaib. Ep. Gr. 802, 1, qui οὐκ ὄναρ, sed medio die quendam curavit. (cf. p. 5.)

Notatur eorum magnitudo atque pulchritudo.

ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν τε καὶ εὐειδέα εἰπεῖν Herod. VII 12. *„Aegyptiorum antistites sic memorant, Ptolemaeo regi... oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem“* Tac. Hist. IV 83. καὶ αὐτῷ (Daphnidi) αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί Longus II 23, 1 p. 274, 19 H. ξυνῆκεν ὁ γεωργός, ὅτι ὁ Παλαμήδης εἴη· καὶ τὸ εἶδος ἐς ἥρω ἔφερε μέγαν τε καὶ καλόν[1]) Philostr. Heroic. 685 p. 154, 10 K. De Trophonio: τῷ γὰρ Ὀλυμπίῳ Διῒ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον ἰδεῖν ἔφασαν Plut. Sulla 17. Vide Lucian. ver. hist. II 34 de somniis in somniorum insula: αὐτῶν μέντοι τῶν ὀνείρων οὔτε φύσις οὔτε ἰδέα ἡ αὐτή. ἀλλ' οἱ μὲν μακροί τε ἦσαν καὶ μαλακοὶ καὶ [καλοὶ καὶ] εὐειδεῖς, οἱ δὲ σκληροὶ καὶ μικροὶ καὶ ἄμορφοι. De Protesilai magnitudine ampelurgus in Heroico 673 p. 142, 7 refert: τὸ δὲ μῆκος δεκάπηχυς τάχα. cf. de insulis, quas Timarchus per somnum vidit in antro Trophoniano: φαίνεσθαι δὲ πλήθει μὲν ἀναρίθμους μεγέθει δ' ὑπερφυεῖς Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C. De Mopsi oraculo: ἄνθρωπον ἔδοξεν αὐτῷ καλὸν ἐπιστάντα φθέγξασθαι κτλ. Plut. de def. or. 45 p. 434 E. De Aesculapio: συμβολῆσαί τις περὶ Κόρνους αὐτᾷ καὶ τοῖς ἑπομένοις ἔδοξε τὰν ὄψιν εὐπρεπὴς ἀνήρ iam. Epid. nr. 80 V 29 sq. De homine barbaro miraculoso, qui cum daemonibus nymphisque vivere solebat atque certo anni die apud mare Rubrum hominibus se offerebat, apud Plut. legitur hoc: κάλλιστος μὲν ὢν εἶδον ἀνθρώπων ὀφθῆναι de def. or. 21 p. 421 A.

Pulchritudo cum iuventute coniuncta.

Iam supra citavimus Tac. Hist. IV 83 de iuvene pulchro et magno. Vide iam. Epid. nr. 59 XVI, 118: ἔφα ὄψιν εἰδεῖν, δοκεῖν νεανίσκον εὐπρεπῆ τὰμ μορφὰν ἐπὶ τὸν δάκτυλον ἐπιπῆν φάρμακον. De Telesphoro: ἐδόκει νέος κομιδῇ καὶ ὡραῖος ἰδεῖν Marin. v. Procl. 7. De Machaone et Podalirio: ἤδη γάρ τινες καὶ δύο νεανίσκους, ὡς ἐδόκουν, ἐθεάσαντο ὕπαρ κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ Ἄδροττα ὁδόν, μάλα εὐειδεῖς κτλ. ib. 32. Aristoteles narravit Eudemo familiari suo aegrotanti *„visum in quiete egregia facie iuvenem dicere“* e. q. s. Cic. de div. I 25, 53. De Protesilai iuventute: γέγονε μὲν γὰρ ἀμφὶ τὰ εἴκοσί που μάλιστα ἔτη . . . ἁβρῷ δ' ἰούλῳ βρύει Philostr. Heroic. 673 p. 141, 25. cf. εἶδον τὸν νεανίαν 674 p. 142, 10. v. etiam Kenyon Greek Papyri p. 124, 11 sqq.: ταῦτα εἰπὼν ὄψῃ γυναῖκαν ἐπὶ ὄνου καθηζο-

---

1) Heroas omnino magnitudine excellere elucet e schol. Demosth. de falsa leg. 279 p. 437, 20 Dind.: ἐκλήθη δὲ ἥρως διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος.

[μ]ένη (?) εὔμορφον λίαν ὑπερβ[ολ]ήν[1]) οὐράνιόν τι κάλλος ἔχουσα[ν] ἀδιηγήτως ὡραίαν καὶ [ν]έαν κτλ. Vel Wessely Griech. Zauberpapyrus p. 36, 634 sqq.: ὅταν οὖν τοῦτο ποιήσῃς, ὄψῃ θεὸν νεώτερον εὐειδῆ πυρινότριχα ἐν χιτῶνι λευκῷ καὶ χλαμύδι κοκκίνῃ ἔχοντα πύρινον στέφανον. (cf. p. 10 sq.) Pulchritudinem mulieris per somnium visae eiusque vestes albas etiam Socrates adnotat in Platonis Criton. p. 44 A/B: ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδής, λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με καὶ εἰπεῖν κτλ. Quocum egregie concinunt, quae apud Aristotelem leguntur περὶ ἐνυπνίων 458 b 10 p. 63 Biehl: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῇ δόξῃ (sc. τὸ ἐνύπνιον αἰσθανόμεθα). οὐ γὰρ μόνον τὸ προσιόν φαμεν ἄνθρωπον ἢ ἵππον, ἀλλὰ καὶ λευκὸν ἢ καλόν.

Odores dulces e personis exeunt apparentibus.

De Athena: ἀπῶζεν δὲ καὶ τῆς αἰγίδος ὅτι ἥδιστον Aristid. II 403, 27 K. De Protesilao: ἀπόζει αὐτοῦ ἥδιον ἢ τοῦ μετοπώρου τῶν μύρτων Philostr. Heroic. 673 p. 141, 27. cf. Plut. de def. or. 21 p. 421 B (v. supra): φθεγγομένου δέ, τὸν τόπον εὐωδία κατεῖχε, τοῦ στόματος ἥδιστον ἀποπνέοντος.

Evanescunt subito, quod exprimitur verbis ἀποπέτεσθαι vel ἀφανὴς γίγνεσθαι.

τὸν μὲν ταῦτα εἰπόντα ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἀποπτάσθαι Herod. VII 13. ἀφανὴς αὐτῷ ἐγένετο (Telesphorus) Marin. v. Procli 7.

Ex his, quae catalogi vel indicis instar conferre idoneum esse putavi, satis elucet in somniis describendis, at quidem iis somniis, quae vi divina praedita esse credebantur, semper easdem occurrere res. Quod quidem ad sensus somniantium universe pertinet, nobis dicendum est illa, quae primo loco composuimus quaeque Iamblichi praecipue verbis optime illustrantur, mysticam quandam exhibere indolem: dico de iis, quae aures, oculos, totius corporis sensum afficiunt, de vocibus, quae audiuntur, de mystica luce fulgente, de aura amoena, qua circumeuntur somniantes. Sunt inter nostrae quoque aetatis hypnotismi et spiritismi auctores, qui talia in consessibus suis fieri asseverent. Magis etiam perspicuum est concinere quae de dis ipsis vel daemonibus divinitus missis proferuntur. Quorum magnitudo pulchritudo iuventus caelestem naturam atque originem declarant; summam enim numina illa perfectionem praestant atque absolutionem[2]). Qua in re monendum videtur inesse nonnihil, quod de beatorum terra eorumque indole quae referuntur, in memoriam vocare possit. Sic odores dulces, quos e personis apparentibus exire adnotavimus in illius quoque terrae descriptionibus non semel commemorantur. cf. cum iis, quae supra attulimus, Plut. de sera num. vind. 22 p. 565 F: ἐξέπνει δὲ μαλακὴν καὶ πρᾳεῖαν αὔραν ὀσμὰς ἀναφέρουσαν ἡδονῆς τε θαυμασίας κτλ. Vel Luc. ver. hist. II 5: θαυμαστή τις αὔρα περιέπνευσεν ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ εὐώδης, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ἀπόζειν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. (cf. etiam p. 10.) Quibus

1) ? *„The reading of this word is very doubtful“* Kenyon.

2) Id quod vernacula lingua significamus voce 'Idealgestalt'.

de rebus cf. Dieterich Nekyia p. 30sqq. Eiusmodi consensum exstare non mirum, cum eadem perfectione atque absolutione omnia excellant, quae ad illam beatorum terram pertinent. Num fortasse quis artior statuendus sit conexus, ut non negamus ita hoc loco nec volumus quaerere nec possumus.

Caput II.

De incubandi ritibus symbolisque.

In hoc capite altero colligendos mihi ac paucis illustrandos proposui ritus incubationi praecedentes nec minus symbola, imprimis animalia, quae in illo vaticinandi genere aliquam vim prae se ferunt. Qua de vi ipsa, quamquam fortasse rationem quandam indicare licebit, tamen cautiores sumus, quam ut in ultimas latebras reconditas irrumpamus. Hoc quidem, ut consentaneum, ita monendum est ritus illos ac symbola omnino in chthoniae quam vocamus religionis conspectu nobis offerri: nec mirum, si memineris subterraneos deos *δι' ἐγκοιμήσεως* vaticinari.

Atque statim incipiamus a ritibus enumerandis. Quorum ceterum partem non modo ii observabant homines, qui ad incubandum in alicuius dei templum venerant, sed omnes, qui operam dabant, ut vel domi lecto prostrati somnium acciperent perspicuum h. e. quod Graeci appellabant *ὄνειρον ἐναργῆ*[1]). Ciceronis locum modo adnotatum secuti seorsum dicemus de cultu et victu, ita tamen, ut priore loco ponamus victum, quippe qui certioribus finibus sit inclusus.

A. Ritus.

I. Victus.

In Amphiarai sacro supplices ieiunabant unum per diem[2]).
In Plutonio apud Nysam aegroti nonnullos dies morabantur *σιτίων χωρίς*[3]).
Simila apud Trophonium observata esse videntur[4]).

1) *„Iam Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent"* Cic. de div. II 58, 119.

2) *καὶ λαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸν χρησόμενον σίτου τε εἴργουσι μίαν ἡμέραν καὶ οἴνου τρεῖς* Philostr. V. Apoll. II 37 p. 79, 20 K.

3) Strabo XIV 1, 44 p. 649.

4) cf. versum e Cratini Trophonio frg. 218 Kock, qui traditur in Bekkeri Anecd. I 358, 2. Suid. s. v. *αἴρασθαι* I 2 p. 46, 13 Bernhardy. Zonar. 93 omisso poetae nomine: *οὐ σῖτον ἄρασθ', οὐχ ὕπνον λαχεῖν μέρος* (scil. *ἔξεστι* vel simile). Duae explicationes, quas Bergkius praebet in Commentationibus de reliquiis comicorum Atticorum antiquorum p. 216 sq., sensu carent, altera: hominem adeo aegrotum fuisse, ut neque edere posset neque dormire: quia Trophonius non erat

Adde Tertulliani verba de an. 48 C. S. E. L. XX 1 p. 379, 14: *„apud oracula incubaturis ieiunium indicitur."*

De ieiunandi effectu v. Cic. de div. I 51, 115: *„animus ... omnia, quae in natura rerum sunt, videt, si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est adfectus, ut sopito corpore ipsi vigilet."* Galen. Hippocr. Praedict. I 1, 5 t. 16 p. 525 Kuehn: *καὶ τῶν ὑγιαινόντων δὲ τοῖς μὲν ἐνδεῶς διαιτηθεῖσιν ἐναργεῖς οἱ ὄνειροι γίνονται.* cf. Guys Litterarische Reise nach Griechenland, aus dem Französ. übers. I. Teil 158, citat. apud Kinderlingium Der Somnambulismus unserer Zeit etc. p. 28: *„Die Griechen bereiten sich noch jetzt, wie ehemals, durch Fasten zu, um glückliche Träume zu haben."* — In magicis praeceptis per diem saltem esum interdum vetitum fuisse elucere videtur e Wesselyo Griech. Zaubpap. p. 22, 73 sq.: *ὅταν δὲ μέλλῃς καθ' ἡμέραν ἐν τῇ ἁγνείᾳ ἐσθίειν καὶ κοιμᾶσθαι, εἰπὲ τὸν λόγον κτλ.* Animadvertas, quod verbo *ἐσθίειν* additur *καὶ κοιμᾶσθαι.* Itaque hic quoque aliquod ieiunium cum vigiliis quibusdam coniunctum fuisse videtur, id quod e Cratini Trophonii fragmento concludere studuimus.

Id quod ieiunando effici volebant, homines ut propensiores fierent ad divinationem illam per somnia accipiendam, similiter efficiebatur non omnibus cibis vetitis, tamen nonnullis, cum alias ob causas tum quia iis potissimum obscurari animam atque hebetari putabant.

Itaque faba interdicebatur, ut videtur, apud Amphiaraum[1]).

cf. Geopon. II 35, 4 p. 179 Niclas: *οἱ δὲ φυσικοί φασι τοὺς κυάμους ἀμβλύνειν τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς. διὸ καὶ ἐμποδίζειν ταῖς εὐθυονειρίαις νομίζονται, εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις.* Similes locos permultos adfert N. ad l. Apud Plutarchum componuntur ut somniis noxia faba et polypi caput (Sympos. VIII 10, 1 p. 734 F): *ὅτι δ' ἐστὶ τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος* (cf. Plut. de aud. poet. 1 p. 15 B), *ὧν ἀπέχεσθαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.* Polypi caput in eroticis aliquid valuisse elucet ex Athenaeo VII p. 316 c: *Διοκλῆς δ' ἐν α' Ὑγιεινῶν 'τὰ δὲ μαλάκια, φησί, πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια· μάλιστα δὲ οἱ πουλύποδες'.* Quod si consideremus, fortasse aliquam vim inesse concedamus Laert. Diog. loco, ubi Pythagoreorum praecepta enumerantur (VIII 1, 34): *ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι ἢ κτλ.* cf. Suid. s. v. *Πυθαγόρας* (p. 553, 11 Bernh.): *τοὺς κυάμους δὲ ἀποτρέπεσθαι, ὅτι αἰδοίοις*

---

deus sanatorius, sicut Amphiaraus vel Aesculapius; altera: in ipso adyto, cum descendisset, supplicem suscitatum neque edere posse neque dormire: quia hoc per se videtur absurdum. Dicitur mea quidem sententia versus ille de ieiunio et vigiliis, quibus homines aptiores fiant rebus divinis percipiendis; cui explicationi fortasse opponet quis Pausaniae locum (IX 39, 5): *καί οἱ* (scil. in *ἀγαθοῦ δαίμονος* aedificio habitanti) *καὶ κρέα ἄφθονά ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν.* Qua in re tamen nescio an haec Pausaniae verba tantum valeant. Licet conferre, quod Meiners Geschichte aller Religionen II p. 404 de equite Oeneo narrat, qui priusquam in Sancti Patricii antrum apud Dungalium in Ivernia situm proficiscatur, quindecim dies noctesque orare debet, vigilare, ieiunare. De antro illo Patricii Trophaniano antro simili loquitur Schoemann Griech. Altert. II³ 338, 1.

1) Aristophanis Amphiarai frg. 23 K.: *ὅστις φακῆν ἥδιστον ὄψων λοιδορεῖς.* Quocum conferendus locus Geoponicorum II 35, 8 p. 182 Niclas: *πρῶτος δὲ ἀπέσχετο κυάμων Ἀμφιάραος, διὰ τὴν δι' ὀνείρων μαντείαν.*

ἐοίκασι. Faba in eroticis quid valuerit, v. apud Friedreichium Symbolik u. Mythologie der Natur, Wuerzburg 1859 p. 201 sq. Fabam apud Pythagoreos vetitam fuisse notissimum est locisque innumerabilibus exprimitur. Consenserunt cum Pythagoreis Orphici et sacerdotes Eleusinii, qua de re v. Lobeck Aglaoph. p. 251 sqq. — Faba in magicis: Wessely Griech ZP. p. 87, 2682. κναμών ib. 40, 769; 44, 941. κύαμος Αἰγύπτιος Dieterich Abraxas p. 171, 6 sq. ὄσπρια Dieterich Pap. mag. I 2. v. etiam Dieterich ib. p. 784, 2. Abrax. p. 158 Anm. Riefs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 53.

Vetabantur animalia edere qui Fauni adibant oraculum[1]).

Pythagorei, qui omnia evitabant, ὅσα . . εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς καὶ εὐαύγειαν (Iambl. v. Pyth. 24 p. 78, 15 N.), animalibus quoque abstinebant: vide ex. gr. Ovid. met. XV 72 sqq.: *„primusque animalia mensis | arguit imponi"* e. q. s. Apollonius ille Tyanensis, qui totam per vitam εὐθυονειρίαν sibi servare studebat (cf. infra p. 25) cuiusque vivendi ratio cum Pythagoreorum praeceptis nonnihil cohaerebat, τραγήματα . . καὶ λάχανα ἐσιτεῖτο, καθαρὰ εἶναι φάσκων, ὁπόσα ἡ γῆ αὐτὴ δίδωσι Philostr. V. Apoll. I 8 p. 7, 23 K. cf. ib. VIII 7 p. 314, 11 K.: ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ σιτίων, ὡς λεπτὰ καὶ ἡδίω τῆς ἑτέρων συβάριδος, ἐν ἀρχῇ εἴρηται. τοῦτό μοι, ὦ βασιλεῦ, τὰς αἰσθήσεις ἐν αἰθρίᾳ τινι ἀπορρήτῳ φυλάττει κοὐκ ἐᾷ θολερὸν περὶ αὐτὰς οὐδὲν εἶναι, διορᾶν τε, ὥσπερ ἐν κατόπτρου αὐγῇ, πάντα γιγνόμενά τε καὶ ἐσόμενα. Alios quoque, quomodo perspicua acciperent somnia, Pergami docebat, ib. IV 11. De quibus omnibus longior fieri non possum. Maxime tamen hac in re memorabilis et qui adnotetur dignissimus videtur locus prioris papyri Partheyanae, ubi dicitur deum advocatum omnia praebiturum ἐκ τῶν ἐδεσμάτων . . . . χωρὶς ἰχθύων [μό]νων, λαχάνων δὲ πλῆθος, ὃ θέλεις, ἄξει Parthey Zwei Berl. ZP. p. 122, 103 sqq. Deinde cf. Wessely Gr. ZP. p. 39, 734 sqq.: συναγνευέτω σοι ἡμέρας καὶ ἀποσχέσθω ἐμψύχων καὶ βαλανείου. cf. ib. 22, 52 sqq.: προαγνεύσας ζ' ἡμέρας . . . ἐναίμων καὶ ἀνεψε[τῶν] ἀπεχόμενος κτλ. Denique v. Parth. 120, 22 sq.: ποίησον παράθεσιν ἐν ἀψύχοις φαγ[ή]μασιν.

Τρίγλη τρυγὼν μελάνουρος apud Trophonium interdicti fuisse videntur[2]).

Inter Haloa ferias Cereris mysticas cum aliae escae vetabantur tum trigle marina et melanurus: schol. Luc. dial. mer. VII 4 publ. iur. fact. a Rohdio Rh. Mus. XXV p. 558, 26 sq. Eadem apud Pythagoreos interdicta: μὴ γεύεσθαι μελανούρων Plut. de lib. educ. 17 p. 12 D. ἀπέχεσθαι . . . τριγλῶν καὶ μελανούρων Laert. Diog. VIII 1, 33. Alios locos v. ap. Rohdium l. c. p. 560. τρίγλη sacrificata esse dicitur Hecatae Corae Priapo, Stengel Griech. Kultusaltertümer² p. 109. Athenis locus exstabat, quem Trigla vocabant; ibidem ἀνάθημα erat Hecates Triglanthines, Athen. VII 325 d. cf. Eustath. ad Il. Υ 73 p. 1197, 30. — Omnino pisces in nonnullis cultibus vetantur, cf. Plut. Is. et Os. 7 p. 353 C: ἰχθύων δὲ θαλαττίων πάντες μὲν οὐ πάντων ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται . . . . . οἱ δ' ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων. cf. Parthey p. 142 ad v. 104. Quocum congruit, quod legis in papyro Partheyana supra a nobis citata: omnia praebere deum χωρὶς ἰχθύων (p. 122, 103 sqq.). cf. ib. 128, 290: (ἀπεχόμενος) πάσης ἰχθυοφαγίας.

---

1) *„nec fas animalia mensis ponere"* Ov. Fast. IV 657 sq.

2) v. Cratin. Trophonii frg. 221 Kock: οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην, | οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

Vino abstinebant apud Amphiaraum per tres dies[1]).

τὸ μαντικὸν τὸ ἐκ τῶν ὀνειράτων ... ῥᾷον διορᾷ (ἡ ψυχή) μὴ ξυντεθολωμένη ὑπὸ τοῦ οἴνου Philostr. V. Apoll. II 37 p. 79, 1 K. τὸ χρησμῶδες ἐν ταῖς νηφούσαις ψυχαῖς τίθενται ib. p. 79, 14. cf. quae Philostr. ib. I 9 de iuvene narrat Assyrio ab Aesculapio neglecto, quia ἐτρύφα νοσοῦν (τὸ μειράκιον) καὶ ἐν πότοις ἔζη (p. 8, 11). *„Die Götter der Unterwelt hassen den Wein"* Stengel Kultusaltert.[2] p. 93. Propterea non vinum iis libatur, sed potus quidam, quem νηφάλια vocabant, quia vino carebat. Stengel l. c. p. 93 sq. Diels Sibyllin. Blätter p. 70 sq. cf. Wess. Gr. ZP. 22, 57: οἴνου ἀπεχόμενος; antecedit (52) προαγνεύσας, quo lustrandi causa potu abstinendum esse declaratur. Rieſs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 34, 67.

Faunum consulturos castos esse decebat[2]).

Adde Tertull. de an. 48 C. S. E. L. XX 1 p. 379: *„apud oracula incubaturis . . . castimonia inducitur"*. (cf. p. 15.)

Homines castos divinandi arti occupandae idoneos esse demonstrat Pomp. Mela III 6, 48, qui de Gallizenis refert perpetua virginitate sanctis, Senae in insula habitantibus, quas insanabilia sanare, ventura scire et praedicare putabant. cf. quae apud Paus. VII 25, 13 de Terrae traduntur sacerdote: γυνὴ δὲ ἡ ἀεὶ τὴν ἱερωσύνην λαμβάνουσα ἁγιστεύει μὲν τὸ ἀπὸ τούτου, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ πρότερα ἔσται πλέον ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐς πεῖραν ἀφιγμένη. Sacerdotem illam vaticinando fungi e Plinio agnoscas Hist. nat. 28, 9, 41 (cf. infra p. 41). Christiani quoque perspicua somnia expetentes castae vitae operam dandam esse intellegebant. cf. quae monet Synesius de insomniis 7 Migne Patrol. Gr. t. 66 p. 1301 A, ubi exponit qua ratione nos ipsi ad divinandi artem exercendam possimus educare: καί τινες ἤδη διὰ τὸ τοιοῦτο λιχνείᾳ δελεασθέντες προγνώσεως, τράπεζάν τε ἀπὸ φλεγμαινούσης ἱερὰν καὶ ἄτυφον προὔθεντο, καὶ κοίτην ἠσπάσαντο καθαρὰν καὶ ἀμόλυντον. ὁ γὰρ ὅσα τῷ Πυθοῖ τρίποδι τῇ κλίνῃ χρησόμενος, πολλοῦ δεῖ μάρτυρας ἀκολασίας τὰς ἐν αὐτῇ νύκτας ποιήσασθαι. *„Beischlaf ward als verunreinigend angesehn"* Stengel Kultusalt.[2] p. 148. cf. Rieſs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 34 sq. v. Parthey p. 128, 291: (ἀπεχόμενος) πάσης συνουσίας.

Vigilasse videntur Trophonii supplices[3]).

Balnea calida apud Trophonium vetabantur[4]).

cf. Wess. Gr. ZP. p. 39, 735 sq.: ἀποσχέσθω ... βαλανείου (cf. p. 16).

II. Cultus.

Apud Trophonium duo genera instaurabantur sacrificiorum, alterum Trophonio ceterisque dis Lebadeae cultis minoris momenti alterum maioris nocturnum epibothrium, e cuius extis cognoscebant, utrum supplici liceret descendere necne; adhibebatur in hoc altero sacrificio aries ater, de quo infra. (Paus. IX 39, 5. 6.)
Apud Amphiaraum quoque duplex usitatum erat sacrificium, quam-

1) Philostr. V. Apoll. II 37. cf. p. 14, 2.
2) *„usus abest Veneris"* Ov. Fast. IV 657.
3) cf. p. 14, 4.
4) διαιτώμενός τε ἐνταῦθα ... λουτρῶν εἴργεται θερμῶν Paus. IX 39, 5.

quam hoc loco, quantum valuerit utrumque, nos fugit; qua in re si similia statuamus, non vereor ne fallamur, praesertim cum etiam hic prius Amphiarao disque Oropi cultis[1]) instauraretur sacrificium, in altero vero itidem mactaretur aries[2]).

De Calchantis oraculo Strabo tradit (VI 3, 9 p. 284) arietem immolari atrum.

Fauno centum bidentis mactavit Latinus (Verg. Aen. VII 87. 93), duas oves Numa (Ov. Fast. IV 652 sq.).[3])

Elysius quidam Terinaeus, ut incubando, qui filium interfecisset, cognosceret, psychomanteum adiit ibique *προεθύσατο*[4]).

Eadem vox (*προθύεσθαι*) in iamatis occurit Epidauriis, ubi de puero agitur, qui mutus in Asclepieum pervenit deoque sacrificium instauravit[5]).

In Aristophanis Pluto ante *κατάκλισιν* instituendam in ara placentae cremantur[6]).

De sacrificiis nocturnis in cultu chthonio usitatis v. Stengel Kultusalt.² p. 111. 127. 133. v. etiam oraculum saeculare v. 6 apud Dielesium Sibyllin. Bl p. 134. (cf. v. 13.) Rohde Psyche² I 149, 2. — De epibothriis in Hecates cultu Stengel l. c. p. 111. De fossis ad sacrificandum factis Stengel ib. p. 17 sq. 26. 131.

In altero sacrificio ante Trophonium consulendum instituto frater eius invocabatur — Agamedes[7]).

---

1) *θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ* (sc. Amphiarao) *καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ τῷ βωμῷ* (sic enim recte emendavit Bethe Genethliacon Gottingense p. 176, quod recepit Hitzig) *τὰ ὀνόματα* Paus. I 34, 5.

2) ib. pergitur: *προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες . . . καθεύδουσιν.*

3) Ceterum incertum est, utrum sit idem oraculum Fauni, quod a Latino quodque a Numa aditur; regio fere eadem. Illic prope Tibur, hic accuratius non significata, certe prope Romam; illic lucus, hic silva. Tamen hoc nihil ad rem.

4) Plut. consol. ad Apoll. 14 p. 109 C: (dicunt eum) *ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον, προθυσάμενον δ' ὡς νόμος ἐγκοιμᾶσθαι κτλ.*

5) nr. 59 V 42: *ὡς δὲ προεθύσατο καὶ [ἐπόησε τὰ] νομιζόμενα κτλ.*

6) vv. 660 sqq.: *ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα | καθωσιώθη πέλανος Ἡφαίστου φλογί, | κατεκλίναμεν τὸν Πλοῦτον.* Videtur inesse versibus aliquid corrupti: pro *προθύματα* scribitur *θυλήματα*, quod ex scholiis est haustum; tamen quod codices praebent: *προθύματα*, cum optime stet, retinendum. cf. *προθύεσθαι* in adnn. 4. 5. v. etiam Lobeck Agl. p. 1083. Pro *πέλανος* Bergkius *μέλανος* coniecit, id quod arridet quidem, tamen dubium.

7) Paus. IX 39, 6. Cuius Agamedis vis est obscura nec satis perspici potest, quid inter daemones valuerit; heroibus medicis, velut *Μήδειος Μήδεια Ἀγαμήδη* eum adserendum esse putat Usenerus Götternam. p. 163. Coniungitur cum Trophonio fratre templis vel aliis aedificiis exstruendis. Sic de Neptuni templo prope Mantineam sito cf. Paus. VIII 10, 2. (Solus Trophonius Apollinis templum Pagasis exstruxisse dicitur ab Heraclide Pontico in schol. Hesiod. scut. 70. Idem subterraneam illam cavernam, in quam oracula petentes per scalam angustam solebant descendere exaedificavisse dicitur: *κατεσκεύασεν ἱερὸν ἐν τῇ Λεβαδείᾳ τῆς Βοιωτίας ὑπὸ γῆν, καὶ καλεῖται Τροφωνίου* schol. Ar. Nub. 508 I. *ποιήσας*...

Ipse Trophonius adorabatur statua eius, quae Daedali opus esse tradebatur, adspecta atque culta. (Paus. IX 39, 8.)
In Daunia homines se ipsos aegrotos sive pecora sua Althaeni fluctibus immergentes Podalirium, in cuius tumulo pellibus substratis per somnum oracula exspectare solebant (Lycophron 1050 sq. + Tzetzes), invocabant propitius adesset[1]).
Numa Fauno incubat *„adorato per sua verba deo“* (Ov. Fast. IV 660).

ὑπόγειον οἴκημα ib. IV. = schol. Luc. dial. mort. 3 II. *τὸ αὐτοῦ συνεστήσατο χρηστήριον* ib. IV. Denique apud Photium s. v. *Λεβαδεῖα* inveniuntur haec: *πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Διὸς μαντεῖον, Τροφωνίου κατασκευάσαντος*. Quibus ex verbis apparet, quantopere Trophonius cum illo Iove Rege [*Ζεὺς Βασιλεύς*], cui iuxta Trophonium ipsum seorsum ludi celebrabantur [*Βασίλεια*], confusus sit. Sunt enim proprie Trophonius et Iuppiter Rex unum quoddam daemonium chthonium, certe eiusdem numinis emanationes, eo magis, quod Trophonius ipse, sicut alii di chthonii 'Iuppiter' appellabatur. cf. Rohde Psyche[2] I p. 125, 1.) De Alcmenes thalamo Thebis exaedificato v. Paus. IX 11, 1. Exstabat in eo epigramma (= Antholog. Palat. Append. 114), cuius est versus tertius isque ultimus: *Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης*; ubi cognomen *Ἀγχάσιος* Trophonio additum obscurum explicatione caret. De Thesauro Hyriei cf. Paus. IX 37, 5. 6: Trophonius Agamedis capti decidit caput. cf. Suid. s. v. *εἰς Τροφωνίου μεμάντευται* = Plut. Proverb. I 51 (Paroemiogr. Gottingens. I 329). Eadem historia alium in locum translata in schol. Ar. Nub. 508 II: *ἐν Ἤλιδι . . ταμιεῖον χρυσοῦν κατεσκεύασαν Αὐγείᾳ*, Trophonius scilicet et Agamedes, qui hoc loco non frater exstat Trophonii, sed pater, rex Stymphali Arcadiae, Epicastes maritus. Suppeditatur tamen Trophonio alius frater Cercyon, *γνήσιος* nominatus *υἱὸς* Agamedis et Epicastes, cum Trophonius *σκότιος* cognomine quasi ad infernam eius naturam spectante exornatus Epicastes tantum *παῖς* vocetur, quam in matrimonium duxerit Agamedes. Notissima fuit inter antiquos historia de templo Delphico a fratribus exaedificato (Paus. IX 37, 5. X 5, 13. Strabo IX 3, 9 p. 421. Steph. Byz. s. v. *Δελφοί*. Plut. consol. ad. Apoll. 14 p. 109 A. idem frg. XXII 7 t. VII p. 126, 11. Bernardakis. Cic. Tusc. I 47, 114. Arsenius Violetum p. 455 Walz. Plato Axioch. p. 367 C = Stob. Floril. 98, 75. *λάϊνον οὐδὸν* tantum fecerunt secundum hymn. Homer. in Apoll. v. 296) eorumque morte mercedis loco ab Apolline praebita, quippe quod optinum esset hominibus (Plut. utroque loco citato. Arsenius l. c. Plato l. c. = Stob. Cic. l. c. Spectat rem illam Pindari fragmentum [nr. 2 Christ] e scholio Luc. dial. mort. 3 publici iuris facto a Rohdio Philol. XXXV p. 199—201. Plutarchum et Ciceronem ex eodem fonte [Crantore *περὶ πένθους*] haurire adnotat Rohdius p. 200). De templo Delphico a fratribus exstructo v. etiam Cosmam ad Greg. Naz. carm. 64 t. 38 p. 513 Migne = Spicileg. Roman. ed. Ang. Mai t. II p. 184 sq., ubi est, quod corrigas; traditur enim: *ἠξιώθησαν δὲ Τροφώνιος καὶ Γαννμήδης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μαντεύεσθαι διὰ τὸ κτίσαι αὐτοὺς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἀπὸ οἰκείων χρημάτων. Γαννμήδης* perperam scriptum in *Γαμήδης* restituendum, quae forma per aphaeresin ex *Ἀγαμήδης* est orta. cf. *Γαμήδης ἐπόησε* in duobus vasis fictilibus Boeoticis, Kretschmer Griech. Vaseninschriften p. 52, id. Kuhns Zeitschr. 1899, 272.

1) cf. Lycophr. 1052 sqq.: *νόσων δ' ἀκεστὴς Δαυνίοις κληθήσεται, | ὅταν κατικμαίνοντες Ἀλθαίνου ῥοαῖς | ἀρωγὸν αὐδήσωσιν Ἠπίου γόνον | αὐτοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν*. cf. Tzetz. ad l. *εἰώθασι* (sc. Daunii) . . . *ἀπολούεσθαι* . . . *καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ποδαλείριον*.

Trophonii supplices noctu a duobus tredecim annorum pueris, quos Hermas[1]) vocabant, ad Hercynam fluvium ducebantur ibique oleo ab iis ungebantur. (Paus. IX 39, 7.)

1) Quippe qui ad inferos descensurum praepararent. Trophonium aliquo modo cum Mercurio coniunctum esse apparet e Ciceronis quoque loco notissimo (ND III 22, 56), de quo iam saepius viri docti disseruerunt: „*alter* (scil. Mercurius) *Valentis et Coronidis filius, is qui sub terris habetur idem Trophonius.*" (cf. Arnobius IV 14 C. S. E. L. IV p. 152: „*sub terra est alter* [Mercurius], *Trophonius qui esse iactatur.*") Itaque complures discrevere theologi Mercurios, quorum alter idem esset ac Trophonius. Valens et Coronis, Graece *Ἰσχύς* et *Κορωνίς* Aesculapii parentes. Qua ex re concluserunt viri doctissimi Trophonium atque Aesculapium unum eundemque fuisse deum, praesertim cum Pausanias (IX 39, 3. 4) Trophonii statuas Aesculapio simillimas fuisse traderet. (De dis medicis ad Aesculapii similitudinem effictis cf. nunc etiam Reischium in libro, qui inscribitur „*Festschrift für Benndorf*" p. 145.) C. O. Mueller Orchom. u. d. Minyer[2] p. 195: „*(Es ist wohl wahrscheinlich), dass der Asklepios, den die Phlegyer und Minyer verehrten, eben Trophonios war, der mit Asklepios-Attributen zu Lebadeia angebetet wurde.*" Et infra p. 196: „*(Es) kann über die ursprüngliche Einheit des Asklepios der Phlegyer und des Trophonios der Minyer auch nicht mehr der leiseste Zweifel obwalten.*" Cui assentitur Wide de sacris Troez. p. 51. Nec secus Thraemer (Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1645) asseverat: „*Boiotien... besitzt .. im lebadeischen Trophonios eine von Hause aus mit Asklepios identische, nur früh von ihm abgezweigte Localfigur.*" (cf. eundem in Roscheri lexico I p. 623, 42.) Contra Welckerus Pausaniae loco inductus Trophonium vult intellegi, ubi apud eundem scriptorem (IV 34, 6) de Aesculapii statua in Messeniae oppido 'Corone' posita dicitur. (Zeitschrift für alte Kunst I p. 123; cf. not. 39.) Quod quidem fieri non potest. Nam Trophonius numquam cavernam suam Lebadeensem reliquit, immo hoc ipso germanum daemonem chthonium se praestabat, quod permanebat solo Lebadeensi adstrictus. Dukeri coniectura in Ampelii libr. memorab. VIII 3, qua Argis in Epiro Iovis templum Trophonii (traditur hyphonis: Typhonis probabiliter Dieterich De hymnis orphicis p. 46 sq.) nascitur, iam a Rohdio refutata (Psyche[2] I 121 adn.). Panofkae explicationes (Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1848 phil.-hist. Kl. p. 111—119), qui e nummis Rheginis Rhegii Trophonium cultum esse concludere non dubitavit, omni carent fundamento. Neque vero, mea quidem sententia, contendere licet Trophonium Lebadeensem plane eundem esse atque Aesculapium. Utrumque deum cum Mercurio contaminatum esse (cf. de nat. deor. III 22, 57: „*secundus* [Aesculapius] *secundi Mercurii frater*") non mirum, cum constet non pauca adhaerere Mercurio, quae chthoniam eius originem dilucide demonstrent. Mercurii matris nomen *Μαῖα*, quod valet 'matercula', nil nisi Terram matrem significare probabiliter coniecit Prellerus (Griech. Mythologie[4] I p. 390). Phallicae quam vocamus naturae vestigium (quae e Cyllenio Mercurio phalli instar efficto elucet [cf. Artemid. Oneirocr. I 45 et Paus. VI 26, 5, ubi una cum Mercurio nominantur Venus et Aesculapius!]) Rinckius (Religion der Hellenen I p. 102) videt in Odyss. ϑ 339 sqq., ubi Mercurius cum Venere concumbere vehementissime cupit. Addere liceat Ciceronis locum (ND III 22, 56): „*Mercurius unus Caelo patre, Die matre natus, cuius obscenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit.*" (cf. Arnob. IV 14 C. S. E. L. IV p. 152.) Huc pertinere mihi videtur, quod Plutarchus (de Is. et Os. 68 p. 378 B) de Mercurii festo narrat undevicesimo primi mensis die (apud Aegyptios videlicet) celebrato: **μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν.** Quid mel valuerit in chthoniis, notissimum (cf. infra p. 46). **σῦκον** fecunditatis signum; cf. Friedreich Symbolik etc. p. 318. Baccho sacrum erat. (cf. Bacchum

Adnecti potest, quod de Charonio Nysaeo Strabo narrat (XIV 1, 44 p. 650): iuvenes ephebosque, cum celebraretur panegyris, meridie nudos (cf. infra p. 24) atque unctos[1]) taurum in antrum ducere, ubi homines incubando dei consilia exspectare solebant.

Meilichium Naxi in insula, de cuius cognomine v. Athen. III 78 c: *διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. διὸ καὶ τὸ πρόσωπον...τοῦ Μειλιχίου σύκινον. τὰ γὰρ σῦκα μείλιχα καλεῖσθαι.*) Obscenam quoque illius fructus significationem attendas. De fica in magicis v. Riefs s. v. Abergl. p. 55 sq. — *Χθόνιος* Mercurius in papyro magica appellatur: Wess. Gr. ZP. p. 57, 1443. 1463: *Ἑρμῆ χθόνιε* (cf. 29, 338: *καταχθόνιος*). Omnino in magicis plurimum valet: cf. Wess. Gr. ZP. 78, 2288 sq., ubi nominatur *πάντων μάγων ἀρχηγενής*. („*Gott aller Totenbeschwörung*" Dieterich Abraxas p. 66.) Effigies eius vim magicam praestat: *πλάσον Ἑρμῆν* Wess. Gr. ZP. 79, 2361. idem p. 113, 392 = Kenyon Gr. Pap. p. 77, 378 (qui legit *πλάσμα Ἑρμοῦ* neque intellegit Wesselyum). cf. Wess. Neue Gr. ZP. p. 56, 55 sqq. = Kenyon 118, 54 sqq. *ἐγώ εἰμι Ἑρμῆς* quasi formula magica: Wess. Gr. ZP. 96, 2999. Divinandi quoque vis quaedam inest Mercurio, in lychnomantia advocatur *ὁ τρισμέγας* (cf. *τρισμέγιστος* Wess. Gr. ZP. 43, 886) *Ἑρμῆς* Wess. Neue Gr. ZP. 38, 560 = Kenyon p. 101, 551. Denique ut somniorum dux (*ἡγήτωρ ὀνείρων* vocatur iam in hymno Homerico III 14; cf. Dieterich Abrax. p. 65 adn. ad 8), id quod ad nos maxime attinet, in divinatione per somnum exercenda occurrit; v. Dieterich Pap. mag. p. 802 V 5: *γράψον εἰς βύσσινον ῥάκος . . . θεὸν* [*Ἑρμ*]*ῆν*. Inscribitur V 4: *Ὀνείρου αἴτησις*. cf. v. 8: *δεῖξαί μοι καθ' ὕπνους τόδε*. Maioris tamen momenti versus sunt tres, qui in Mercurii hymno leguntur praeceptis magicis inserto cum apud Wess. Gr. ZP. 113, 424 sqq. = Kenyon 78, 410 sqq. tum in 'oneiraeteto' quodam, de quo infra (p. 34) plura dicemus, Wess. Neue Gr. ZP. 45, 741 sqq. = Kenyon 106, 675 sqq. Hymnus a Wesselyo Gr. ZP. p. 4 sq. restitutus apud Dieterichum quoque invenitur (Abrax. 64). Versus commemorati leguntur v. 8 sqq.:

Μοιρῶν προγνώστης σὺ λέγῃ καὶ θεῖος ὄνειρος
ἡμερίνους χρησμοὺς καὶ νυκτερίνους ἐπιπέμπων·
ἴασαι τὰ βροτῶν ἀλγήματα σαῖς θεραπείαις.

Itaque his versibus arte coniunguntur *μαντικὴ δι' ὀνειράτων* et *ἰατρικὴ* (cf. *Ἑρμῆ εὐεργέτα φαρμάκων* [*φαρμακον* pap.] Wess. N. Gr. ZP. 56, 28 sq. = K. 117, 27 sq.), quas dis chthoniis proprias esse constat. Memorabile quidem, si memineris ab Aesculapio Trophonio simili in hac adnotatione nos exiisse, quorum uterque alterutra potentia praecellebat.

1) Traditur *γυμνοὶ ἀπαληλιμμένοι* vel similia, quod viris doctissimis videbatur corruptum. Coniecerunt *ὑπαληλιμμένοι* Tzschuckius, *ἐπαληλιμμένοι* Coraësius, *λίπα ἀληλιμμένοι* Meinekius, id quod probavit Cramerus. Tamen omnes coniecturae illae supervacaneae sunt, quia traditum *ἀπαληλιμμένοι* possumus defendere. Iam vero si nullus alius locus nobis suppeditaretur, quo eodem modo verbum *ἀλείφειν* cum *ἀπὸ* praepositione coniunctum ad actionem quandam religiosam significandam adhiberetur, nihilo minus non sine dubitatione damnandum esset, quod Strabonis codices exhibent. Nam cum verisimile sit unctionem, de qua agitur, lustrandi causa susceptam esse, optime verbum *ἀπαλείφειν* videtur electum, quod quidem hoc modo circumscribi possit: *τῷ ἀλείφειν ἀποκαθαίρειν*. Conferas verbum *ἀπομάττειν*, de quo Dieterich in Mus. Rhen. 48 p. 279, 2 adnotavit: „*stehender Ausdruck für mystische Reinigung*". Accedit nunc, quod e papyris magicis, e quibus omnino incredibile est, quantum hauriri possit materiae, duos locos protrahere licet, quibus quae in Strabonis codicibus exarata sunt, stabili-

Unctio in magicis usitatissima: *χρίον δέ σου τὰ χείλη τοῖς στέασι, τὸ δὲ σῶμα συνάλειψαι στυρακίνῳ ἐλαίῳ* Wess. Gr. ZP. 54, 1338 sqq. *τρίψας σὺν ἐλαίῳ σουσίνῳ* Parthey 127, 248 sq. *οὐκ ἀποχωρήσῃ* (sc. *ὁ θεός*), *εἰ μὴ ἐξαλείψῃς* (*εξαλιψης* pap.) *τὴν χεῖ[ρ]άν σου νάρδῳ ἢ ῥοδίνῳ* Wess. Neue Gr. ZP. 27, 237 sq. = Ken. 92, 229 sq. *χρῖε ὅλον τὸ σωμά[τι]όν σου* Parth. 126, 224 sq. *χρῖσόν σου τὸ μέτωπον μόνον* Parth. 127, 256. *χρῖέ σου τὰ χείλη* ib. 150, 19. *ἔγχριε τοὺς ὀφθαλμούς σου* Wess. Neue Gr. ZP. 31!, 344 = Ken. 95, 336. *χρίων αὐτοῦ τὴν ὄψιν* Wess. Gr. ZP. 39, 746. *ἐγχρισάμενος* Wess. ib. 22, 51. (cf. 21, 47.) *τὸ δὲ χρῖμα τὸ ἀπ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ δακτυλίου*) *χρίου κατὰ πρωΐ* (*καταπρωϊ* W.) Wess. Gr. ZP. 108, 228 sq. = Ken. 72, 224 sq. *ἴβεως πτερὸν χρίεται* Wess. Gr. ZP. 40, 802 (cf. Wess. N. Gr. ZP. 31, 345 = Ken. 95, 337). *ᾠὸν ἱέρακος . . . χρῖσον* Dieterich Abr. 187, 21 sq. *χρῖσον . . . ἐλλύχνιον λίπει κριοῦ μέλανος* Wess. Gr. ZP. 47, 1091 sq. *χρῖ]σον . . . αἵματι Τύφωνος καὶ χοιρίου κτλ.* ib. 102, 3260. *ᾠὸν χρῖε κρόκῳ μείξας μετ' οἴνου* Wess. N. Gr. ZP. 25, 170 sq. = Ken. 89, 170 sq. *χρίσας . . . κορκοδείλου ἀφοδεύματι* Dieterich Abr. 188, 8 sq. *χρίσῃ* (sic scribendum esse puto [*χρισῃ* p.] neque vero *χρίσας*, quod proponit Wess., qui versu sequenti *στεφανώσεις* in *στεφανώσας* mutare cogitur, quod ratione caret; immo futurum *στεφανώσεις* similiter ac futura *ὀνειροπομπήσεις*, *καταδήσεις* [infra 945 = 877 K.] hic quoque futurum exstare indicant; forma medialis offensionem non praebet) *τε αὐτὴν* (Selenam effictam) [*και*: delendum; irrepsit, quia coniunctio *καί* hic cumulatur] *τῷ σεληνιακῷ χρίσματι καὶ στεφανώσεις κτλ.* Wess. N. Gr. ZP. 51, 941 sq. = Ken. 112, 873 sq. cf. ib. 946 sq. = 878 sq.: *προχρισάμενος δὲ τοῦ χρίσματος.* Ceteroquin oleum alias quoque in magicis adhibetur. cf. Wess. N. Gr. ZP. 26, 199 = Ken. 90, 199: *λαβὼν ἔλαιον εἰς τὰς χεῖρας κτλ.* cf. ib. 27, 211 = Ken. 91, 211 alia. cf. Luc. (deor. conc. 12): *ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ.*

Trophonium adituri unctione facta statim ab iisdem Hermis — pueris lavabantur. (Paus. l. c.)
Aegrotum ante Aesculapium consultandum lavari docet Aristophanis Plutus[1]).

---

untur. Altero loco (Wess. N. Gr. ZP. 58, 109 = K. 120, 108) habitu dei apparentis descripto hoc legitur: *ἐὰν δὲ χρηματίσῃ* (sc. *ὁ θεός*) *σοι, ῥοδίνῳ μύρῳ ἀπάλειψόν* (*απαλιψον* pap.) *σου τὴν χεῖραν.* Itaque praescribitur oleo roseo ungere manus, sine dubio actio mystica ritu constituta. Altero loco (ib. 38, 535 = 101, 527) deum invocanti imperatur, ut e duobus ovis altero confracto alterum aperta manu dextera solem orientem versus tollat; secuntur verba *καὶ ἀπολιψας ῥόφησον*, h. e. sorbeas illud, *ἀπολιψας*. *ἀπαλείψας* iam a Wesselyo correctum, suo iure: nam si ab *ἀπολείπειν* derivaveris formam traditam, id quod per se fieri potest, quia hac in graecitate aoristi sigmatici quos vocant saepius formantur eorum verborum, quae aetate classica iis carent, tamen sensum te aliquem elicere posse despero; propterea *ἀπαλείψας* videtur certissimum. Tantummodo dubitari potest, utrum *ᾠόν* sit supplendum an *σεαυτόν*, cui rei nihil obstat reflexivo in papyris magicis nonnumquam omisso (ex. gr. W. N. Gr. ZP. 32, 356 = K. 95, 348). Utut res sese habet, *ἀπαλείφειν* hic quoque in ritu mystico describendo adhibetur: ergo deleas crucem editionis Cramerianae.

1) v. 656 sq.: *πρῶτον μὲν αὐτὸν* (Plutum caecum) *ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, ἔπειτ' ἐλοῦμεν.* Vox *θάλαττα* adhuc non de mari intellegebatur, quia scholium ad v. 621 loquitur de Asclepieo *ἐν ἄστει*, sed de fonte sacro (cf. Girard L'Asclépieion d'Athènes p. 70 sq.). Nuper G. E. Marindin (Classical Review XII [1898] nr. 4 p. 208) defendit propriam vocis *θάλαττα* significationem contenditque contra

Numae caput apud Faunum bis spargitur unda fontana (Ov. Fast. IV 655).

cf. Synesius de insomn. 7 Migne Patr. Gr. t. 66 p. 1301 B: *ταύτην ἐγὼ τὴν μαντικὴν ἐμαυτῷ τε ἀξιῶ παρεῖναι, καὶ παισὶ καταλιπεῖν, ἐφ' ἣν οὐ δεῖ βαδίζειν συσκευασαμένους ὁδὸν μακρὰν ἢ πλοῦν ὑπερόριον, ὥσπερ Πυθῶδε, καὶ ἐς Ἄμμωνος· ἀλλ' ἀρκεῖ καταδαρθεῖν χεῖρα νιψάμενόν τε καὶ εὐφημήσαντα.* — Aqua lustrandi causa utuntur: Stengel Gr. Kultusalt.[2] 144 sq. Diels Sibyll. Bl. p. 48, 2, 2. p. 71. Rohde Psyche[2] II 405 sq. Dieterich Abrax. p. 158 A. Notandum adhiberi aquam fluentem; quocum congruere papyros magicas, si perscrutaberis eas, facile invenies: lavacrum in Nilo flumine faciendum Wess. Gr. ZP. 21, 43 sq. *λαβὼν μύγαλον ἐκθέωσον* (q. e. sacra) *πηγαίῳ ὕδατι καὶ λαβὼν κανθάρους σεληνιακοὺς δύο ἐκθέωσον ὕδατι ποταμίῳ* ib. 82, 2455 sqq. *ὕδατι θαλασσίῳ ῥαίνων* (nam haec certe coniungenda, quamquam ceteroquin locus corruptus videtur) ib. 75, 2158. *ὕδωρ πηγαῖον* Parth. 127, 246. *ἀπόκλυσον* (sc. *χάρτην*) *εἰς* (em. Parth. *αποκλυσων ει* p.) *ὕδωρ πηγαῖον ἀπὸ ζ'* (!) *πηγῶν, καὶ πίε αὐτὸ* (*αυτω* p.) *ἐπὶ ἡμέρας ζ'* (!) *νήστης* Parth. 126, 234 sq. Adhuc attulimus e papyris magicis eiusmodi locos, quibus unctionem vel lavationem in rebus mysticis seorsum usitatam fuisse declararetur. Tamen quaerendum est, num quem locum reperire possimus, ubi similiter atque in ritibus apud Trophonium observandis unctio cum lavatione coniuncta sit. Ac profecto praebet nobis papyrus Parisina aliquid, quod conferri posse mihi videtur. Ut melius eluceat, qua in re consentiant, Pausaniam quoque describo (IX 39, 7): *πρῶτα μὲν ἐν τῇ νυκτὶ αὐτὸν ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν, ἀγαγόντες δὲ ἐλαίῳ χρίουσι καὶ λούουσι δύο παῖδες κτλ.* Apud Wess. Gr. ZP. 102, 3246 sqq. leguntur haec: *ποίησις· καθαρεύσας ὡς ἔμαθες καὶ λαβὼν ποτήριον χαλκέον γράψον διὰ ζμυρνομέλανος τὴν προγεγραμμένην στήλην ἐπι[κ]αλουμένην Ἀφροδίτην καὶ χρῖσαι ἐλαίῳ ἀ..αστικῷ καὶ ὕδατι ποταμίῳ καθαρῷ κτλ. χρῖσαι* iam Wess. intellexit; traditur *χρησαι*. Quodsi dubitaveris, an verbum *χρίειν* cum 'aqua' coniungi possit, alios tibi locos duos admoverim, quibus hic usus loquendi stabiliatur: Wess. Gr. ZP. 104, 65 sq.: *ἔγχρισον* (*εν* ⳩ p.) *δὲ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν μεθ' ὕδατος.* Alterum Dieterich Papyr. mag. p. 815 XI 32: *ἐξαλείψας πηγαίῳ ὕδατι.* Hoc tantummodo ambiguum nec satis certum videtur, utrum *χρῖσαι*, forma medialis, reflexive, ut dicere solemus, sit intellegenda an dynamice, ita ut '*ποτήριον*' accusativus suppleri oporteat. Equidem priorem sententiam sequor, tamen concedo alteram quoque posse defendi. Sed quoquomodo res sese habet, hoc quidem elucet lavandi ungendique ritum hic illic eundem esse, lustrandi causa scilicet constitutum. Restat, ut adiectivo illi corrupto vel potius partim deleto, quod *ἐλαίῳ* voci adnectitur, aliquid medelae afferre conemur. Desunt litterae duae punctis duobus a Wesselyo notatae. Adiectivum illud ad *ἐλαίῳ* pertinere ut terminatione *ικῷ* declaratur ita propterea quoque probatur, quod sequens '*ὕδατι*' eodem modo epitheto praeditum est. Supplendum est *ἀ[σπ]αστικῷ*. Cuius vocis significatio (= salutatorus) magis dilucide apparebit, si ex eadem papyro Parisina alterum protulerimus locum. Inspicias Wess. 36, 638. Versus, qui antecedunt, describunt dei cuiusdam (Solis) advocati habitum (635 sqq.): *ὄψῃ θεὸν νεώτερον εὐειδῆ πυρινότριχα ἐν χιτῶνι λευκῷ καὶ χλαμύδι κοκκίνῃ ἔχοντα πύρινον στέφανον.* Sequitur praeceptum: *εὐθέως ἄσπασαι αὐτὸν τῷ πυρίνῳ* (?) *ἀσπαστικῷ.* De voce '*πυρίνῳ*', quae quid valeat, haud satis

---

scholiastae testimonium Piraei intellegendum esse Asclepieum, cum sacrum urbanum quarto demum saeculo conditum esset.

dispicitur (fortasse scribendum *πυρίῳ* = *πυρείῳ* 'Räucherfafs' quod in LXX exstat), non amplius disputaverim. Verba *ἄσπασαι* ... *ἀσπαστικῷ* clare demonstrant illud *πύρινον* vel quod pro eo legere tibi lubet ideo *ἀσπαστικόν* nominari, quia in salutando deo adhibetur: *ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι*. Revertamur ad locum tractatum. Hic quoque dea exspectatur, cf. 3253 sq.: *καὶ φανήσεταί σοι ἡ θεὸς καὶ χρηματίζει περὶ ὧν θέλεις*. Itaque *ἔλαιον ἀσπαστικὸν* est oleum, quod deae illius salutandae causa adhibetur. Qua in re oleum hoc modo significatum ab oleo communi distulerit, nihil ad rem neque erui potest. Satis sit locum emendasse. — Cum de oleo et aqua coniunctis agamus, adnectere liceat, quod legas apud Wess. Gr. ZP. 101, 3210 sq.: *καὶ λαβὼν φιάλην λευκὴν πλῆσον ὕδατος καὶ ἐλαίου*. Vel alium locum Wess. ib. 26, 223 sqq.: *λαβὼν ἄγγος χαλκοῦν ἢ λεκάνην ἢ φιάλην οἵαν* [εαν delendum] *βούλῃ βάλε ὕδωρ κτλ.* ib. 227 sq.: *κατέχων ἐπὶ τοῖς γόνασι σκεῦος ἐπιβαλὼν ἔλαιον ὀμφάκινον κτλ.* Ceterum notandum quattuor hoc loco discerni aquae genera, quorum unum quodque alii deorum generi offertur. Adicias denique miraculosam Herodoti narrationem de Polycratis filiae somnio, ubi mirifice coniungitur lavatio cum unctione (III 124): *ἐδόκει οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ ἠέρι μετέωρον ἐόντα λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου.*

Bibebat Trophonium consulturus e Lethes et Mnemosynes fontibus[1]).

De Lethes ac Mnemosynes fontibus qui sunt in orco v. Rohde Psyche[2] II 390, 1. — Apud nonnulla oracula sacerdotes aquam bibebant: cf. Philostr. V. Apoll. II 37: *πολλὰ δὲ καὶ μαντεῖα λέγοιμ' ἂν εὐδόκιμα παρ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἐν οἷς ὁ ἱερεὺς* („*ut sacerdos Apollinis Clarii*" adn. Kayser) *ὕδατος* ... *σπάσας ἀποφθέγγεται τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος*. M. Varro tradidit in Cilicia apud oppidum Cescum (lectio incerta) rivum fluere nomine 'Nuus', „*ex quo bibentium subtiliores sensus fieri*", Plin. N. h. XXXI 2, 12.

Nudo corpore supplices in Trophonii antrum descendere nobis tradit schol. ad Ar. Nub. 508 I[2]).

De nuditate apud multos populos ritu constituta v. Weinhold Zur Geschichte des heidnischen Ritus, Abh. d. Berl. Ak. d. Wiss. 1896 phil.-hist. Kl. 1—50. cf. p. 6: „*Hier knüpfen sich auch die deutschen volkstümlichen Bräuche an, die auf einen Einblick in die Zukunft u. die Erkenntnis geheimnisvoller Erscheinungen zielen, und bei denen die Nacktheit Forderung ist.*" Sellorum quoque *ἀνυποδησίαν* illius ritus vestigium praebere putat Duemmler Philol. 1897 p. 6. De nudis pueris, qui taurum in antrum Nysaeum ducebant v. supra p. 21. Sacerdos, quae in Apollinis nemore Epirensi dracontibus escam praebebat, erat *γυμνὴ παρθένος*, Ael. h. a. XI 2. Nudo corpore Strepsiades adytum intrat, cf. Dieterich Mus. Rhen. 48 p. 277. Nudae mulieris statua ex aere facta in Auges tumulo Pergameno, Paus. VIII 4, 9. Quod ad magica pertinet, cf. Wess. Gr. ZP. 21, 26 sq.: *προαγνεύσας ζ' ἡμέρας* (cf. 22, 52) *ἐλθὼν πρὸ τῆς σελήνης εἰς τόπον ἀπογυμνωθεὶς κτλ.* ib. 25, 174 sq.: *κατακλίθητι ἄνω βλέπων ἐπὶ τὴν σινδόνα γυμνός*. ib. 22, 89. Weinhold l. c. p. 46 sqq. Riefs P.-W. s. v. Abergl. p. 35, 4.

1) Paus. IX 39, 8: *ἐνταῦθα δὴ χρὴ πιεῖν αὐτὸν Λήθης τε ὕδωρ καλούμενον, ἵνα λήθη γένηταί οἱ πάντων ἃ τέως ἐφρόντιζε, καὶ ἐπὶ τῷδε ἄλλο αὖθις ὕδωρ πίνει Μνημοσύνης, ἀπὸ τούτου τε μνημονεύει τὰ ὀφθέντα οἱ καταβάντι.*

2) *ἐκεῖ* (in antro Trophoniano) *οὖν οἱ μυούμενοι καθέζονται ἐπὶ τοῦ στόματος γυμνοί, καὶ ἁρπάζονται κτλ.*

Vestes linteas albas vel purpureas taeniis cinctas induebantur Trophonium adituri calceis ibi usitatis subligatis[1]).

cf. Philostr. V. Apoll. VIII 7 p. 309, 7 K.: καθαρὸν δὲ καὶ τὸ ἐννυχεύειν ὑπ' αὐτῷ (sc. τῷ λίνῳ), καὶ γὰρ τὰ ὀνείρατα τοῖς, ὡς ἐγώ, διαιτωμένοις ἐτυμωτέρας τὰς αὐτῶν φήμας ἄγει. Sunt verba ipsius Apollonii, qui vestem linteam indutus vivebat (cf. ib. I 8 p. 7, 30 K.: λίνου ἐσθῆτα ἀμπίσχεται παραιτησάμενος τὴν ἀπὸ τῶν ζῴων), quia pura esse putabat, quae terra ipsa gigneret (cf. ib. III 15 p. 94, 25 de brahmanis: ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος· [sic enim hoc loco interpungendum: de lemmatico apud Philostratum dicendi usu v. Radermacher in Annal. Fleckeis. 1895 p. 248] ἔριον αὐτοφυὲς ἡ γῆ φύει, λευκόν; vel Plut. Is. et Os. 4 p. 352 E: τὸ δὲ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου γῆς). Quam ob causam leguminibus vesci solebat (cf. supra p. 16). De lintea veste in cultu chthonio v. Dieterich Abraxas p. 158 A. Linteum in magicis: σὺ δὲ ἐν λίνοις ἴσθι καθαροῖς Dieterich Abr. p. 179, 9. στόλισον αὐτὸν (sc. τὸν ἱπποπόταμον ἐκ κηροῦ πυρροῦ) λίνῳ καθαρῷ ib. 191, 18 sq. θὲς (sc. τὸ πέταλον) ἐπὶ τριπόδου καθαροῦ περιβεβλημένου ὀθονίῳ ib. 203, 30 sq. ὀθόνιον καθαρόν Dieterich Pap. Mag. IV 16. ὀθόνιον Wess. Gr. ZP. 47, 1073. τὴν μὲν τρυγηθεῖσαν πόαν εἰς καθαρὸν ἕλισσε ὀθόνιον ib. 96, 3002 sq. περιελίξας ὀθονίῳ βυσσίνῳ Wess. N. Gr. ZP. 31, 346 = K. 95, 338. Similiter adhibentur σινδόνιον βύσσος: σινδόνιον καθαρόν, σινδόνα Wess. Gr. ZP. 25, 171. 175. σινδόνα καθαράν ib. 108, 210/1 = K. 71, 206/7. v. et. Abrax. 179, 11. (cf. ἐν καθαραῖς συνδόσιν εἱλήσας Spicil. Roman. ed. Ang. Mai IV p. 247; legendum σινδόσιν, quod iam correctum Migne Patrol. Gr. t. 87, 3 p. 3696 A.) σινδόνιον Parthey 155, 162. Saepius occurrit βύσσινον ῥάκος. cf. ex. gr. Wess. N. Gr. ZP. 26, 208 = K. 91, 208. Parth. 128, 277. 293; cf. 129, 332. — Quod ad album colorem vestis pertinet e papyris conferre possum modo Wess. Gr. ZP. 26, 213 sq.: ἀμφιέσθητι λευκοῖς ἱμᾶσιν. — Num purpureus color ita sit explicandus, ut fit apud Dielesium Sib. Bl. p. 70 adn., 2, dubitaveris, si conferas Dieterich Nekyia p. 25 sqq., imprimis p. 29. cf. etiam Rohde Psyche[2] I p. 226, 3. „*Die Purpurfarbe im Kult der Unterirdischen bevorzugt*“ Stengel Gr. Kult.[2] p. 43. De veste purpurea in magicis usitata v. ib. p. 77. E papyris cf. haec: εἱλήσας φοινικίνῳ δέρματι Wess. Gr. ZP. 88, 2702. δήσας ἅμματι φοινικίνῳ ib. 113, 402 = K 77, 388. λευκὸν ἔριον ἐκ διαστημάτων δεδεμένον φοινικῷ ἐρίῳ Parth. 152, 70 sq. cf. δέρμα κόκκινον ('scharlachrot') Wess. N. Gr. ZP. 26, 201 = K. 90, 201. — De eiusmodi habitu dictum esse videtur, quod legis apud Parth. 128, 278 sq.: στολίσας σεαυτὸν προφητικῷ σχήματι. — De taeniis lustrantibus v. Diels Sibyll. Bl. 121 sq.

---

1) χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθεὶς καὶ ὑποδησάμενος ἐπιχωρίας κρηπῖδας Paus. IX 39, 8. ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις Luc. pial. mort. 3. ἐνσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει καὶ φοινικίδι Max. Tyr. diss. 14, 2. λευκῇ δ' ἐσθῆτι ἐσταλμένοι Philostr. Vit. Apollon. VIII 19 p. 335, 17 Kays. στολῇ κεκοσμημένοι θεοπρεπεῖ schol. Aristoph. Nub. 508 III. κοσμήσαντες ἑαυτοὺς ἱερῷ τινι σχήματι ib. 508 V (= Suidas s. v. Τροφώνιος = Apostolius XVII 30). — In Sarapei Memphitici rationibus Notices et extraits XVIII 2 p 329 pap. 53, 8 ὀθόνιον occurrit ἐγκοιμήτριν, quod ad ipsam incubationem pertinere putat Preuschen Mönchtum und Sarapiskult p. 26. Nescio tamen, an hoc statuere liceat: ὀθ. ἐγκοιμήτριν nil est nisi linteum, quo ad dormiendum utuntur. cf. Poll. X 123: ὁ παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς χιτὼν εὐνητήρ, ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἠδίων. ib. VI 11: τὰς δὲ ἐγκοιμητηρίας ψιάθους χαμευνίας ἐκάλουν.

Veste rudi tegitur, qui Faunum consulit; caput intonsum *„nec digitis anulus ullus inest"*. (Ov. Fast. IV 659. 655. 658.)

Itaque totus supplicis habitus est incomptus. De anulis recte iudicasse videtur Peter (ad Fast. l.), qui corporis sub iis intellegit vinculum. cf. Rieſs P.-W. s. v. Abergl. p. 35, 2.

Apud Faunum fronde faginea bis tegitur caput[1]).

„Überhaupt hat ja der Kranz schon an und für sich kathartische Bedeutung" Diels Sibyll. Bl. 120. *„Die Bekränzung ist für den Hellenen eigentlich immer ein Zeichen der Weihung. — Eine reinigende Bedeutung, wie Diels* (l. c.) *will, wohnt dem Kranze nicht inne, er ist vielmehr ein Zeichen der Reinheit seiner Träger, insofern als das Geweihte rein ist"* Wilamowitz Heracles[2] II p. 156 ad v. 677. cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 98. Rohde Psyche[2] I 220, 2. Dieterich Abrax. 158 A. Saepissime corona adhibetur in magicis. cf. ex gr. Wess. Gr. ZP. 25, 172 sq. (στεψάμενος κισσῷ μέλανι); 43, 913 sqq.; 44, 934 sq.; 47, 1058; 70, 1994/5; 72, 2050/1; 80, 2370; 100, 3153; 101, 3198. id. Neue Gr. ZP. 47, 806 = Ken. 108, 740. W. 49, 871 = K. 110, 804. W. 50, 912. 914 = K. 111, 845. 847. Dieterich Abrax. 203, 26 sq. Parthey 120, 22; 152, 70. 73. Fere adhibentur olivae rami: κλῶνες ἐλαίας Wess. Gr. ZP. 44, 935; 51, 1229; 52, 1249 (septem κλῶνες). κλάδοι ἐλαίας ib. 113, 403 = Ken. 77, 389. W. 114, 466/7 = K. 80, 452/3. Wess. Neue Gr. ZP. 38, 533 = K. 101, 525. ἐλαιὸς (ramus?) ὀμφακίζων Wess. Gr. ZP. 96, 3008. στεφάνον ... ἐλαΐνῳ (sc. κλῶνι) ib. 100, 3153 sq. (cf. 101, 3198 sq.) ἐλαίας ἐστεφανωμένοι ib. 104, 39 sq. = K. 66, 38 sq. ἐστεμμένος ἐλαΐνῳ στεφάνῳ Abrax. 179, 9 sq. cf. ἐλάϊνα ὑποστρώσας Wess. Gr. ZP. 108, 211/2 = K. 71, 207/8. φύλλον ἐλαίας .. λευκὸν ... μέλαν Wess. N. Gr. ZP. 27, 213 sq. = K. 91, 213 sq. ναὸς ἐλάϊνος (Selenes effictus) ib. 51, 938 = K. 112, 870. ξύλον ἐλάϊνον ib. 56, 54 = K. 118, 53. cf. Wess. Gr. ZP. 21, 31. De chthonia olivae significatione cf. imprimis Diels Sib. Bl. p. 120 sq. Rohde Psyche[2] I 227 adn. II 72, 1. Olivae rami iuxta aram a serpentibus circumplicatam in nummo Sinopensi; v. Panofkam Asklepios u. d. Asklepiaden, Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1845 tab. VII 5. De oliva in magicis cf. etiam Rieſs s. v. Abergl. p. 62 sq.

Apud Trophonium lucernae adhibitae esse videntur[2]).

De cuiuslibet lucis generis significatione cathartica et chthonia v. Diels Sib. Bl. p. 47 sq. (*„in den Lustrationen wie im Totendienste ist von jeher Fackel-, Lampen- u. Kerzenschimmer herkömmlich"* p. 48.) cf. Rohde Psyche[2] I 31 II 101. Stengel Gr. Kultusalt.[2] 88 sq. 145. Dieterich Abrax. 158 A. λύχνος in papyris magicis magnam occupat provinciam. Exstat enim genus quoddam vel series praeceptorum magicorum, quae inscribitur λυχνομαντία, id quod circumscribi potest hoc fere modo: μαντεία διὰ τοῦ λύχνου. v. Wess. N. Gr. ZP. 38, 549 = K. 101, 540; cf. ib. 551 sq. = K. 542 sq.: ἅψον (sc. τὸν λύχνον), ἤτω (ἀψονήτω Ken.: a dialectic variety for ἀπτέσθω [quod tamen

1) Ov. Fast. 656: *„bis sua faginea tempora fronde tegit."* Item bis caput spargitur aqua (cf. p. 23). Quod semel Fauno semel Somno factum esse, sicut utrique ovis mactatur (cf. supra p. 18), recte adnotat Peter.

2) Inter Cratini Trophonii fragmenta invenitur haec vox (227 Kock): λυχνοκαΐαν. Quod fortasse ad lampadas sacras pertinet in Trophonii cultu usitatas. In Ar. Pluto 668 λύχνοι a propolo exstinguuntur. Exstabat in Asclepieis munus pyrphori, de cuius officiis ac vi inspicias Cavvadias Fouill. d'Épid. p. 52 ad nr. 85.

refutatur altero loco Wesselyi lectionem probante: Wess. Gr. ZP. 101, 3193 sq.: *τὰ αὐτά ἐπίλεγε πρὸς τὸν λύχνον ἑπτάκις, ἤτω δὲ ὁ λύχνος τῇ ἀνατολῇ βλέπων κτλ.*]) *δὲ τὸ ἐλλύχνιον ἀπὸ λίνου καινοῦ*; attendas hic quoque linteum adhiberi, quod saepius occurrit addito eiusmodi adiectivo velut *καινόν, καθαρόν* (cf. p. 25). *διὰ τῆς αὐτόπτου λυχνομαντίας* Wess. Gr. ZP. 44, 951 sq. De lychno cf. Abrax. 170, 2. 11 (*δύο λύχνοι*). ib. 192, 4 (*καθαρός*). ib. 204, 5. Parthey 128, 277 (*ἀμίλτωτος*, quod saepius). 154, 145; 155, 172. Cumulare exempla non oportet; mitto te ad indices Wesselyi.

Apud Amphiaraum arietem immolabant eiusque pelle substrata dormiebant[1]).
Apud Podalirium ovium pellibus incumbentes oracula expetebant[2]).
Apud Calchantem arietis atri pellis adhibebatur[3]).
Apud Faunum ovium pelles sternebantur[4]).
Similia de Iudaeis narrantur apud Hieronymum[5]).

De pellibus lustrandi causa multimodis usitatis cf. Prellerum ad Polemon. frg. 87 p. 140 sqq. Diels Sib. Bl. p. 70 adn. cf. ib. p. 48, 2, 9. Stengel Gr. Kultusalt.² p. 146. Strepsiades in Ar. Nub. pelle sedet substrata. cf. Dieterich Mus. Rhen. 48 p. 278. Nonnihil delectamenti praebet illa Casauboni coniectura, qui dormire a voce '*δέρμα*' derivavit: ad Athen. VI 8. cf. Vink Amoenitates philologico-medicae p. 72. — *δέρμα ὑαίνης* in magicis commemoratur: Wess. N. Gr. ZP. 26, 203 = Ken. 90, 203. Wess. ib. 206 = 91, 206. Corruptum videtur, quod legitur Wess. Gr. ZP. 85, 2596 et ib. 87, 2658/9: *δερμα δορης*. Vix accipiendum, quod Wess. emendabat: *δέρμα δορκῆς*. cf. eiusdem p. 7, ubi versus, de quibus agitur (17 sq.), hoc modo restituti: *καὶ δέρμ' ἑλεῖν δορκῆς ἅπαν κ' εἰς τὴν φύσιν σου θεῖναι | αἷμ' ἱέρακος*

1) *κριὸν θύσαντες καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος* Paus. I 34, 5.

2) *δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις | χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν* Lycophr. 1050 sq. cf. Tzetzes ad l.: *εἰώθασιν οἱ Δαύνιοι, ἤτοι οἱ Καλαβροί, ἐν μηλωταῖς καθεύδειν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Ποδαλειρίου, καὶ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτοῦ.*

3) *ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ* (Calchanti) *μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι* Strabo VI 3, 9 p. 284.

4) „*pellibus incubuit stratis*" Verg. Aen. VII 88. „*atque harum effultus tergo stratisque iacebat | velleribus*" ib. 94 sq. „*supra nova vellera corpus | ponit*" Ov. Fast. IV 659 sq.

5) Ad Iesaiam 65, 4 Migne Patrol. Lat. t. 24 p. 657 A: „*habitans in sepulcris (populus Israel), et in delubris idolorum dormiens, ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent.*" Quod tamen Hieronymus e moribus Graecorum ad Iudaeos transtulisse videtur, praesertim cum Iesaiae loco verba '*διὰ ἐνύπνια*' Septuaginta demum adiecerint; itaque de oraculis per somnium petitis nil dictum, quamquam sepulcris commemoratis aliquid incubationi simile indicatum esse probabilitate non caret. cf. Welcker Kl. Schr. III p. 90. Duhm ad Iesaiae locum. Strabonem, ubi de Iudaeorum loquitur incubatione, Graecum tantummodo morem, ut solet, in alterum populum transtulisse putat Wolf Kl. Schriften ed. Bernhardy II p. 678, cui assentitur Welcker l. c. Aliter nunc Preuschen Mönchtum u. Sarapiscult p. 21, 2. cf. quae de incubationis vestigiis profert in vetere nobis testamento servatis. Quae tamen res mihi haud ita certa videtur. Corrigenda p. 26 adn. 1: in Pluto de pelle substrata nil dicitur.

πελαγοδρόμον καὶ κάνθαρον τροφήν σοι. θορῆς subesse suspicatur Dieterich, praesertim cum sequatur vox '*φύσιν*' (*φύσις* = cunnus), ita ut mulieri semen virile in cunno ponere praeciperetur. Tamen cum voce '*θεῖναι*' coniungendum videtur *αἷμ' ἱέρακος* neque vero quae antecedunt. *δέρμα φοινίκινον* et *κόκκινον* v. p. 25. *δέρμα γυπός* alia Dieterich Nekyia p. 47, 4.

Amphiarai oraculo sanatis constitutum erat argentum vel aurum signatum in fontem proicere prope templum fluentem. (Paus. I 34, 4.)

cf. quae Aristidi a deo per somnum imperantur, ne tertio deinceps die mortem obeat, ubi cum alia legis tum haec (II 400, 26 K.): *ἔπειτα ἀναστρέφοντα λαβόντα κέρματα διαβαίνειν τε τὸν ποταμὸν καὶ ἀπορρίπτειν κτλ.* Indorum rex, cum Indus ripas superavisset, atris tauris atque equis sacrificatis auream vasis frumentarii effigiem fluctibus immersit Philostr. V. Apoll. II 19.

Iam ad finem pervenimus. Non multa quidem sunt, quae scriptores nobis tradunt, tamen aliqua ratio intellegi potest. Iis enim ritibus, quos sub 'victu' composuimus, videlicet efficere volebant, ut hominum animi a corporis contagione liberarentur, quam ad rem perpetrandam profecto aptissima erant ieiunium castimonia vigiliae. Alterius vero ordinis praecepta in iis potissimum caerimoniis reperiri possunt, quae lustrandi vel purificandi causa susceptae[1]) cum inferum cultu eorumque veneratione coniunctae esse solent.

Neque vero sine aliqua causa adnotationibus uberioribus e papyris magicis eiusmodi locos attulimus, quibus eosdem ritus in caerimoniis magicis usitatos fuisse declararetur. Qua in re nunc paulo dilatius est disserendum.

Atque hoc quidem satis constat ritus magicos plerumque de cultu deorum chthoniorum originem ducere[2]): quomodo hic lustrationes instaurabantur, ut inferum ira placaretur, simili modo ii quoque lustrari debebant, qui naturae arcana in ditionem suam studebant redigere. Itaque saepissime in papyris magicis praescribitur *ἁγνεία*[3]) vel *τὸ ἁγνεύειν*. Exempli gratia cf. Wessely Gr. ZP. p. 22, 52: *προαγνεύσας ζ' ἡμέρας* (attendas numerum 7). ib. 101, 3209: *ἁγνεύσας ἡμέρας ζ'*.

---

1) cf. Paus. I 34, 5: *καὶ πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος.* Vel de Trophonii supplice id. IX 39, 5: *διαιτώμενός τε ἐνταῦθα τά τε ἄλλα καθαρεύει κτλ.* Itaque de descensuris lustratis dicitur *ἁγνεύσαντες ὡρισμένως* schol. Ar. Nub. 508 III. Apostol. XVII 30. *ἁγνεύσαντες ὡρισμένας ἡμέρας* schol. l. c. V; cf. Suid. s. v. *Τροφ. μυούμενοι* quoque nominantur Trophonium consulturi quasi mysteria adeuntes schol. Nub. 508 I, ipsa vero incubatio — *μύησις* ib.; cf. Cosmas ad Greg. Naz. Migne t. 38 p. 513: *ἐποίουν δὲ τελετάς τινας οἱ κατιόντες.* Omnino hominem integrum esse oportebat: periuris non licebat incubare Iovi, Plaut. Curc. 268 sq. Protesilaus oderat moechos, Philostr. Her. 679 p. 148, 6 K.

2) cf. Dieterich Abraxas p. 157, 2.

3) cf. ib. p. 158 A.

ib. 39, 734: *συναγνευέτω σοι*. Praecipue talia docent, qualia legis apud Partheyum 128, 289sqq.: *ἀπεχόμενος ἀπὸ πάντων μυσαρῶν πραγμάτων καὶ πάσης ἰχθυοφαγίας* (v. p. 16) *καὶ πάσης συνουσίας* (v. p. 17), vel ib. 154, 148sq.: *ἔστω δέ σοι ὁ τόπος ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μυσεροῦ καὶ ἁγνεύσας καθαρίως προκατάρχου κτλ.* Non animi tantum, sed etiam corporis rerum locorum *καθαρότης* poscebatur, qua de causa vox '*καθαρός*' una quaque fere pagina tibi occurrit[1]).

Quae cum ita sint, nobis, qui de incubatione hanc dissertatiunculam conscribere conati sumus, quaerendum videtur, num fortasse incubationis antiquae ipsius vestigia in papyris illis magicis indagari possint; quod probabilitate non caret: nam per incubationem in illius religionis, chthoniae scilicet, cultu divinatio exercebatur, cuius ritus mystici in magicae fluxerunt artis praecepta. Hoc quidem monendum est ritus ante incubationem instituendam usitatos, sicut supra per omnem cultum chthonium eos occurrere adnotationibus expressimus, ita in hac quoque re dispicienda, quamquam suo loco notabuntur, haud ita multum valere magna ex parte, quia, cum magis universalem habeant significationem, si seorsum de incubatione agitur, minoris sunt momenti. Hoc tamen magis attendendum est atque proferendum, si quo loco de somno vel somniis dicitur, sic scilicet, ut eluceat peti aliquam futuri scientiam, vel potius oraculum.

Dormiendum esse saepius in papyris magicis praescribitur. Imperativus *κοιμῶ* multis locis ritibus quibusdam observandis adiungitur; nonnumquam additur '*μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν*', v. Wess. Neue Gr. ZP. 41, 640b: *κοιμῶ μ[ηδενὶ δ]οὺς ἀπόκρισιν*; ubi omnia adeo sunt deleta, ut conexus erui non possit; vel Wess. Gr. ZP. 113, 412sq. = Kenyon 78, 398sq.: *κοιμῶ μετὰ τὸ εἰπεῖν μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν* ... sequitur hymnus in Mercurium, quem pag. 21 adn. attigimus. Wess. Neue Gr. ZP. 50, 910 = Ken. 111, 843 legitur: *τὸν κλάδον θὲς πρὸς κεφα[λὴν κα]ὶ*[2]) *κοιμῶ ἁγνός*. Itaque hic iam coronandi occurrit ritus (cf. p. 26sq.), adicitur *ἁγνός*, qua de re supra egimus. Notandum aliud *κοιμῶ* Wess. Gr. ZP. 56, 1398 in *ἀγωγῇ* quadam *ἐπὶ ἡρώων ἢ μονομάχων ἢ βιαίων* (cf. 55, 1390sqq.): iam vides daemones subterraneos nobis sub oculos venire. Inspicias Wess. Neue Gr. ZP. 36, 497sq. = Ken. 100, 489sq.: *κοιμῶ ἐπὶ ψιαθίνῃ κλίνῃ*[3]); addas ib. 58, 104 = Ken.

1) cf. Wess. Gr. ZP. 68, 1927; 75, 2188 sq.; 95, 2968 sqq.; 98, 3094. Id. Neue Gr. ZP. 38, 551. 553 = Ken. 101, 542. 544. W. 51, 943 = K. 112, 875. W. 64, 28 = K. 122, 28. Parthey 154, 146; 155, 161. 166. 172/3. Abrax. 169, 5. 14; 179, 6; 180, 5; 192, 4; 203, 25 sq. 30.

2) *κεφα[λην σου κα]ι* Ken.

3) Sic probabiliter coniecit Dieterich: *ψιαθινη καινη* in papyro legit Wesselyus, qui *ψιάθῳ* scribendum putat ('*ινη* stammt vom folgenden *καινη*'). *επι ψιαθ[ο]ν η καινη* Ken. ('*η καινη* where it is fresh'.)

120, 103: *κοιμῶ* (*κυμω* pap.) *δὲ ἐπὶ θρυΐνῃ ψιάθῳ*[1]). Quibus duobus locis exprimi videtur non in lecto, sed in solo dormiendum esse. Idem ritus magis perspicue invenitur Abrax. 171, 14 sq.: *ὁπόταν δὲ γένηται ἐν κριῷ* (sc. *ἡ σελήνη*), *χαμαικοίτει πρὸ μιᾶς εἴκοσι θυσιάσας κτλ.* cf. ib. 180, 5 sqq.: *προαγνεύσας οὖν, ὡς προεῖπον, πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν σελήνης λειπούσης κατὰ τὴν σύνοδον χαμαικοιτῶν ἐπὶ ψιάθου θρυΐνης.* Adnectamus Wess. Neue Gr. ZP. 47, 813 sqq. = Ken. 108, 747 sqq.: *θεὶς ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον*[2]) *τὸ π[τ]υχιν*[3]) *κοιμῶ μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν ἁγ[ν]εύσας ἡμέρας γ̄*; versibus antecedentibus 810 sq. = 744 sq. adorantur *οἱ κύριοι θεοί: χρηματίσατέ μοι περὶ τοῦ* Δ (= *δεῖνα*) *πράγματος ταύτῃ τῇ νυκτί*; quo ex loco agnoscere licet nocturnam exspectari visionem, qua *ὁ δεῖνα* de rebus quibusdam certior vult fieri. Tamen omnibus locis adhuc perspectis deest quaevis somniorum commemoratio.

Aliquantum proficimus, cum ad illorum praeceptorum seriem accedimus, quae inscriptionem exhibent '*Ὀνειραιτητόν*', quod abbreviatum saepius legitur in papyris hoc modo: *Ονειρ/*. *Ὀνειραιτητόν* docet, quomodo possis *αἰτεῖν ὄνειρον*, h. e. quid tibi faciendum sit, ut per somnium deos vel daemones quosdam consulas[4]). Iam memineris incubationem. Sicut in templis deorum homines ritibus effectis ad dormiendum se prosternebant, ut aliquod somnium acciperent, eandem ob causam caerimoniae praescribuntur magicae: mirum esset, si deficeret consensus.

Wess. Neue Gr. ZP. 49, 862 = Ken. 109, 795 praebet nobis *ὀνειραιτητόν* quoddam Pythagorae ac Democrito adscriptum[5]), quod in mentem nobis revocare potest, quae supra (p. 16) de Pythagoreis adnotavimus, quorum vivendi ratio cum incubationis ritibus multimodis concinit. Alterum Besam auctorem indicat[6]), quem eundem atque Horum esse Aegyptiacum Kenyonius adnotat[7]); eodem in oneiraeteto

---

1) Wess.: *θρυειvη ψιαιθον* pap. *θρυΐνης ψιάθου* Ken. *θρύϊνος* 'aus Binsen', de quo usu v. Dieterich Abrax. 158 A.

2) Wess.: *προκεφαλ/* pap.

3) Sic Ken. nullo addito verbo. W. legebat *προκεφαλ/..... υχιν*; *πτυχίον* videlicet corrigendum e vv. 740. 741 K., ubi pro *πτυχίον τετυλιον* legit Wess. (806. 807.)

4) *ὀνειραιτητόν* inter alia praecepta magica (post *ὀνειροπομπά*) Dieterich Abrax. 193, 11/2. cf. Wess. Gr. ZP. 73, 2076: *ἄγει δὲ καὶ καταλίνει καὶ ὀνειροπομπεῖ καὶ κατέχει καὶ ὀνειραιτητεῖ* (sc. *ὁ νεκυοδαίμων*). Wess. ib. 81, 2441 sqq.: *σκευὴ ἐπιθύματος σεληνιακοῦ . . . κατακλίνει γενναίως καὶ ἀναιρεῖ ἰσχυρῶς, ὀνειροπομπεῖ καλλίστως, ὀνειραιτητεῖ θαυμαστῶς κτλ.* ib. 83, 2501 sqq.: *ἐπὶ δὲ ὀνειραιτητοῦ λέγε· παραστάθητί μοι κυρία καὶ χρημάτισόν μοι περὶ τοῦ* ΔΠ, *καὶ παρασταθήσεταί σοι καὶ ἅπαντα ἐρεῖ ἀψευδῶς.*

5) *ὀνειραιτητὸν Πυθαγόρου* [*καὶ*] *Δημοκρίτου*; genitivi nominum sic coniungendi cum antecedenti *ὀν.* neque vero cum sequenti '*ὀνειρόμαντες*' (quod corruptum? [*μάντις*? Wess.]).

6) *ὀνειραιτητὸν Βήσας* Wess. Neue Gr. ZP. 27, 230 = Ken. 91, 222.

7) Ad locum: '*Βης* or *Βησα* ... for the god Horus'.

commemoratur λύχνος, quem adloquitur ὁ δεῖνα idque, quod aliquantulum valet, ὀψέ, scilicet vesperi indicatur hora, cum cubitum eas[1]). De lychno supra diximus (p. 26sq.); occurrit idem in duobus aliis oneiraetetis[2]), quorum alterum praecipue in usu fuisse videtur[3]). Nec deest in oneiraeteto Wess. Neue Gr. ZP. 46, 769 = K. 107, 703. Hic iam plura discimus; invocantur κύριοι θεοί (cf. p. 30) 779sq. = 713sq. K.: χρηματίσατέ μοι περὶ τοῦ -Δ πράγματος ἐν ταύτῃ τῇ νυκτί. cf. quae secuntur 790sqq. = 724sqq. K.: καὶ ὑπόθες (sc. chartam magicam) ὑπὸ τὸν λύχνον το . . . . ν[4]) ἁγνὸς ὢν κοιμῶ μηδενὶ δοὺς[5]) ἀπόκρισιν. Elucent singula nec verbo egent. Adiciamus aliud oneiraetetum eiusdem Besae[6]), quem supra nominavimus; v. 68 = 67 K.: κοιμῶ μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν; v. 85 = 84 K. (ad daemonem directus): ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐλθέ; insertus est hymnus in Solem (75—82 = 74—81 K.), cuius ultimos versus duos velim protrahere. Leguntur in papyro (81sq. = 80sq. K.) hoc modo:

ην γεης κευθμωνα μολης νεκυων ενι χωρω
πεμψον μαντιν εξ αδυτων τον αληθεα λιτομε σε[7]).

γαίης scilicet pro γεης, λίτομαι pro λιτομε scribendum, ceteroquin sic restituendi videntur versus:

ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων ἐνὶ χώρῳ,
ἐξ ἀδύτων πέμψον, λίτομαι, τὸν ἀληθέα μάντιν[8]).

Itaque ex inferum adytis ut vatem germanum mittat, Sol adoratur; hic quoque chthonia commoventur numina[9]).

---

1) ib. 234 sq. W. = 226 sq. K.: δίωκε τὸν λόγον ὀψὲ πρὸς τὸν λύχ[ν]ον.

2) Wess. Neue Gr. ZP. 28, 258 sq. = K. 92, 250 sq.: ὀνειραιτητόν, ὃ ἀεὶ κέχρηται. λόγος ὁ λεγόμενος πρὸς τὸν καθημερινὸν λύχνον κτλ. ib. 263 W. = 255 Ken.: ἄλλο (scil. ὀνειραιτητόν) πρὸς τὸν αὐτὸν λύχνον κτλ.

3) Nam hoc modo, putaverim, interpretanda sunt ista verba ὃ ἀεὶ κέχρηται: 'quod semper adhibitum est'.

4) Sic apud Ken. impressum. τον [προκειμενο]ν Wess.

5) Wess.: δος pap.

6) Wess. Neue Gr. ZP. 57, 65 = K. 118, 64: ὀνειραιτητὸν τοῦ Βήσας.

7) Eorundem versuum lectiones variae exstant apud. Wess. Gr. ZP. 32, 446 sq. ib. 69, 1967 sq., ubi idem hymnus est insertus. Videas illius hymni traditiones varias compositas a Wess. Neue Gr. ZP. in adnotatione ad locum cit. p. 59 sq. Duos papyri Parisinae locos artius inter se cohaerere facile intellegas, si versus conferas, qui supra descriptis respondent:

446 sq.: ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων ἐπὶ χώρων,
πέμψον δαίμονα τοῦτον τῇ δεῖνι μεσάταισι ὥραις.
1967 sq.: ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων τ' ἐνὶ χώρῳ,
πέμψον δαίμονα τοῦτον ὅπως μεσάταισιν ^εν ωρεσσιν^αις.

8) Sive μάντιν τὸν ἀληθῆ.

9) E dis chthoniis per somnum oracula praebentibus in papyris nobis occurrit Amphiaraus, qui inter alias terrae emanationes, quarum una quaeque 'χθόνιος' cognomine praedita est, invocatur Wess. Gr. ZP. 57, 1446/7: Ἀμφιάραε χθόνιε (1449 secuntur ὄνειροι χθόνιοι); ib. p. 103, 2 = Ken. 65, 1 commemo-

Papyrus magica a Dietericho edita p. 805, 15 exhibet *Ὀνειραιτητόν*. In fine versus cognoscitur vox *κ]αθαροῦ*. 16: *ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἔλαιον λαμβὼν .... βρέξαι, καὶ κοιμῶ κτλ.* De olei usu v. supra p. 20 sqq. In eadem papyro p. 802, 4 sqq. exstat *Ὀνείρου αἴτησις*, quod idem valet atque *ὀνειραιτητόν*; invocatur Mercurius (cf. v. 5). v. 8: *δεῖξαί μοι καθ' ὕπνους τόδε* (cf. p. 21 adn.).

In altera Partheyi papyro Berolinensi longius exstat praeceptum de Apollinis invocatione instituenda. Videtur etiam ille deus per somnum exspectari, quamquam id ipsum non satis clare exprimitur. Non mirum illis temporibus, quibus florebat ars magica, Apollinem quoque per somnum vaticinari, qui olim oracula chthonia, incubationis scilicet sedes, repressit[1]). Quo magis dei

---

ratur *μαντεῖον* quoddam *Σαραπιακόν*. Wess. ib. 72, 2052 sq. de necyodaemone (cf. ib. 71, 2031 sq.) dicitur: *καὶ πάντως σοι παρασταθήσεται διὰ νυκτὸς δι' ὀνείρων*. cf. 2034 sq.: (*ἐξορκίζω σε*) *παρασταθῆναί μοι ἐν τῇ ἐρχομένῃ νυκτί* (cf. 2064), vel. 2042 sq.: *καὶ παρασταθήσεταί σοι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί*. Scimus in necyomanteis quoque incubationem usitatam fuisse. cf. supra p. 6, 2.

1) Videtur tamen Apollinis cultus Romae cum incubandi more contaminatus esse. Leguntur enim apud Suetonium in Divi Augusti vita 94 haec: „*in Asclepiadis Mendetis Theologumenon libris lego, Atiam, cum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam pauloque post egressum; illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se .... Augustum natum mense decimo et ob hoc Apollinis filium existimatum.*" Historia illa ab Olympiade Alexandri Magni matre in Atiam translata; ea quoque ab angue gravida facta Alexandrum peperisse dicitur: v. Plut. Alex. 2 (cf. Maehly Die Schlange etc. p. 12). Neque vero tantummodo de Alexandri et Augusti partu talia referuntur: eadem res de Scipionis Maioris matre narratur apud Gellium VI 1; de Arati matre Aristodama Paus. IV 14, 7. 8. cf. II 10, 3; de Nicotelia Aristomenis matre Paus. IV 14, 7. Similia alibi quoque de serpentibus traduntur; cf. Ael. H. A. VI 17 de angue, qui in Iudaea Herodis temporibus puellae amatorem se praestitit: *συνεκάθευδε σφόδρα ἐρωτικῶς*; vel. ib. XII 39: *Ἀλίᾳ τῇ Συβάρεως .... δράκων ἐπεφάνη θεῖος, μέγιστος τὴν ὄψιν* (cf. p. 12), *καὶ ὡμίλησεν αὐτῇ. καὶ ἐντεῦθεν οἱ καλούμενοι Ὀφιογενεῖς τῆς σπορᾶς τῆς πρώτης ὑπῆρξαν.* Quod ad Suetonii attinet narrationem, nostra interest videlicet consulto lecticam in Apollinis templo posuisse Atiam, ut a deo fecunditatem acciperet. Optime comparari possunt duo iamata Epidauria, alterum nr. 80 XIX 116 sqq.: *Ἀνδρομέ]δα ἐκ Κεθυ. αὕτα περὶ παίδων ἐγκαθεύδ[ουσα ἐνύπνιον εἶδε· ἐδό]κει οἱ ἐν τῷ ὕπνῳ δράκων ἐπὶ τᾶς γαστ[ρὸς ἐλθεῖν. καὶ ἐκ τούτου] παῖδές οἱ ἐγένοντο πέντε.* Alterum nr. 80 XXII 129 sqq.: *Νικασιβούλα Μεθανία περὶ παιδό[ς. αὕτα ἐγκαθεύδουσα] ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει οἱ ὁ θεὸς δράκοντα μέ[γαν* (cf. supra) *...] φέρων παρ' αὐτὰν, τούτῳ δὲ συγγενέσθαι αὐτά[ν. καὶ ἐκ τούτου] παῖδές οἱ ἐγένοντο εἰς ἐνιαυτὸν ἔρσενες δ[ύο].* Perspicuum est deum ipsum (sc. Aesculapium) sub anguis specie proprie cogitari, id quod in altero miraculo, ubi deus ipse affert anguem, iam depravatum vel potius distractum. Eadem cogitatio subest iis, quae supra attigimus; v. Pausaniam IV 14, 7 de Nicotelia: *Νικοτελείᾳ γὰρ τῇ μητρὶ αὐτοῦ* (sc. Aristomenis) *δαίμονα ἢ θεὸν δράκοντι εἰκασμένον συγγενέσθαι λέγουσι.* Atque ibidem pergitur de Olympiade et Aristodama: *τοιαῦτα δὲ καὶ Μακεδόνας ἐπὶ Ὀλυμπιάδι καὶ ἐπὶ Ἀριστοδάμᾳ Σικυωνίους οἶδα εἰρηκότας.* Aratus Aesculapii filius Sicyonii clare nominatur l. c. 8: *Ἄρατον*

fiebant universales, eo magis scilicet propria indole privabantur. In papyro Berolinensi Apollinem praeterea cum Aegyptiorum deis confusum esse Partheyus conicit (p. 115). Cum *μαντικῇ δι' ὀνειράτων* eum coniunctum fuisse indicare videtur Wess. Gr. ZP. 126, 45 sqq., quo loco propter lacunas sensum plane dispici non posse maxime dolendum[1]). Praeceptum vel rectius praecepta Apollinem invocantibus observanda exstant Parth. 150, 1 — 152, 80; exscribemus eos tantum locos, qui in re tractanda aliquid exhibeant significationis. v. 3 sq.: *δεῦρ' ἄγε θεσπίζων μαντεύ[εο] νυκτὸς ἐν ὥρῃ.* 8: *[τὴ]ν νύκτα ταύτην κατέχων.* 12 sq.: *λέγεται δὲ καὶ εἰς τὸν λύχνον* (cf. p. 26 sq.) *μετὰ τὸ εἰσελθεῖν ἀπὸ τῆς εὐχῆς πρὶν κοιμηθῆναι.* 19: *χρῖέ* (cf. p. 22) *σου τὰ χείλη.* 20 sq.: *ποίησ[ον?] . . . ἑσπέρας μέλλων κοιμᾶσθαι ὀνείῳ γάλακτι καθαράν* (cf. p. 29) *σο[υ] τὴν στρωμνήν· κ[λά]δους* (cf. p. 26) *δὲ δάφνης ἔχων ἐν χερσίν.* 22 sqq.: *ἔστω δὲ ἡ στρωμνὴ χαμαὶ ἢ ἐπὶ καθαρῶν θρύων* (cf. p. 30, 1) *ἢ ἐπὶ ψιάθου* (cf. p. 29 sq.)· *κοι[μ]ῶ δὲ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ πλεύρου χαμαί τε καὶ ἐν ὑπαίθρῳ· ποίει δὲ [τὴν] ἐπίκλησιν μηδ[ε]νὶ δοὺς ἀπόκρ[ισιν]* (cf. p. 29)· *ἐπί[θυ]ε . . . . . . [στ]ροβίλους* (cf. infra p. 45 sq.) *δεξιοὺς δ[ώ]δεκα καὶ ἀλέκτορας* (cf. infra p. 46 sq.) *ἀ[σ]πίλους β̄.* 27 sq.: *κοιμῶ· εὐχόμενος δὲ στέφ[αν]ον* (cf. p. 26) *ἔχε δάφνινον [τ]οιοῦτον.* 30: *μετ' αὐτῆς* (*δάφνης*?) *κοιμῶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι.* 41: *ἔχε ἐν τῷ στόματι κοιμώμενος* (sc. *τὸ φύλλον*). 45: *ἐὰν οὖν μὴ φανῇ, ἐπίθυε κρι[ο]ῦ μέλανος* (cf. infra p. 40 sq.) *ἐγκέφαλον.* 55 sqq.: *ἐπὶ δὲ τούτοις ἐὰν μὴ ὑπακούσῃ, ἔλαιον* (cf. p. 20 sqq.) *καλὸν καθαρὸν* (cf. supra) *ῥαφάνινον ἐπίχεε παιδὶ ἀφθόρῳ γυμναζομένῳ* (cf. p. 24), *καὶ ἀναλαβὼν σκεύαζε λύχνον ἀμίλτωτον, καὶ κείσθω ἐπὶ λυχνίας κτλ.* 61 sq.: *ἐπικάλει κοιμώμενος.* 70 sq.: *ποίει σεαυτῷ στέφανον* (cf. supra), *περιπλέξας αὐτῷ στέφος, ὅ ἐστιν λευκὸν* (cf. p. 25) *ἔριον ἐκ διαστημάτων δεδεμένον φοινικῷ* (cf. ib.) *ἐρίῳ.* 73 sq.: *ἔχων δλό-*

Ἀσκληπιῷ Σικυώνιοι (sc. *παῖδα ἐσποιοῦσιν*). cf. II 10, 3: *Ἄρατον Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι νομίζουσιν.* Plane eodem modo Apollo sub dracontis specie cum Atia coiit, quae incubandi causa templum eius adierat. — Quomodo mulieres dis praecipue chthoniis fecunditatis causa symbolice ut ita dicamus nupserint, vide apud Duemmlerum Philol. 56 (1897) p. 29 sq. — In Iovis quoque Capitolini sacro incubatum esse testatur Plaut. Curc. 266 sqq.: „*namque incubare satius te fuerat Iovi, qui tibi auxilio in iure iurando fuit. — Siquidem incubare velint qui periuraverint, locus non praeberi potis est in Capitolio.*“ cf. Serv. Verg. Aen. VII 88: „*incubuit*] *incubare dicuntur proprie hi qui dormiunt ad accipienda responsa: unde est 'ille incubat Iovi', id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere.*“ (*unde est Plautus in Curculione* D [= Italorum supplementum e cod. bibl. nat. Paris. 7965.])

1) Legitur (Ken. 83, 45 sqq.): *εστι δε το τω Δηλιω το [νι]ω τω της Λητους κ[αι]* (*υ[ιω]* Wess.) *Διος χρησμωδειν π | ετι κα* (*το | ετι κα* Wess.) *δια νυκτο[ς αλη]θη διηγουμενω [μ]αντικης* (*[τε μ]αντικης* Wess.) *ονειρατων* (Verso:) .. *ψιον* .. (*ινομ* Wess.) *λων* .. *ελαιω εσπα* .. *ξε / β̄* (*βολων ς ελαιω εσπαρκι ξε / β* W.) *λουσας ς̄ς* (*αγχουσας ςς̄* W.).

λευκον ἀλέκτορα (cf. infra p. 47) *καὶ [σ]τρόβιλον* (v. supra), *καὶ οἶνον* (cf. infra p. 45 sq.) *σπένδων αὐτ[ῷ] ἄλυφον.*[1]) 76: *ἱερεῖς δὲ καὶ πρὸς τὸν λύχνον κτλ.* 78 sqq.: *κύριε θεέ .... ἐ[π]έχων τὴν νύκτα ταύτην, παράστα μοι Ἄπολλον Παιάν· κοιμῶ τὴν κεφαλὴν ἔχων πρὸς νότον.* Notandum praeterea p. 155, 160. 161 commemorari cubiculum '*κοιτών*', ubi itidem de Apollinis invocatione agitur.

Denique in fine huius disceptationis tres locos apparatu critico adiecto integros velim afferre, quibus quae ad incubationem pertinent magis eluceant neque ita sint dispersa, ut in locis supra citatis. Quae incubationis magicae velut testimonia non ingratum fore spero, si hoc loco coniungantur, praesertim cum apud Wesselyum et Kenyonium prosodia sit neglecta. P = papyrus. W = Wessely (legit vel coniecit). K = Kenyon (l. v. c.). D = scriptoris coniectum.

I.

Wess. Neue Gr. ZP. p. 44, 730 sqq. = Kenyon 105, 664 sqq.

Ὀνειραιτητόν· λαβὼν βύσσι[νον ῥάκος εἰς τ]ὸ πρᾶγμα
καὶ εἰλήσας κλῶνα ἐλαίας θὲ[ς] πρὸς κεφαλήν
σου ὑπὸ τὸ ἀριστερὸν μέρος τῆς κεφαλῆς καὶ
κοιμῶ ἁγνὸς εἰς ψίαθον χαμαὶ λέγων τὸν λόγον ἑπτάκις
πρὸς τὸν λύχνον· Ἑρμῆ κτλ.

1. *ονειρ*/P. — *βύσσι[νον ῥάκος εἰς τ]ὸ* D. *βυσσι .... [τ]ο* K. *βυοσ*[sic] *κ[............ τ]ο* W. — 2. *θε[ς]* K. *θες* W. — 3. *σο*ᵛ P. — *ϋπο* P. — 4. $\overset{\lambda}{o}$ $\bar{\zeta}$ P.

1. De oneiraetetis vide quae adnotavimus p. 30 sqq. — *βύσσινον ῥάκος* invenitur W. N. Gr. ZP. 26, 208 = K. 91, 208: *λαβὼν βύσσινον ῥάκος ἐπίγραφε κτλ.* (ib. 57, 86 sq. W. legit *λαβ]ὲ βύ[σσινον ῥάκος*; tamen K. exhibet [119, 85 sq.]: .... *[λ]β ... ρακος*). Parth. 128, 277: *λαβὼν λύχνον ἀμίλτωτον σκεύασον διὰ βυσσίνου ῥάκους.* ib. 293: (*γράψαι*) *εἰς τὸ βύσσινον ῥάκος.* Videtur hoc loco olivae ramus simili modo implicari linteo, quomodo de ibidis penna legis apud. Wess. N. Gr. ZP. 31, 345 sq. = K. 95, 337 sq.: *λαβὼν πτερὸν ἴβεως .... περιελίξας ὀθονίῳ βυσσίνῳ.* — 2. De olivae ramo cf. p. 26. — 4. *κοιμῶ ἁγνός*: cf. p. 28 sq. De *ψιάθῳ* v. p. 29 sq. Vocula '*χαμαί*' hac in re quam maximi est momenti; nam in oneiraeteto adhibita declarat per incubationem magicam, cum somniis doceri vellent, in terra ipsa dormiendum fuisse — id quod vetustam redolet incubationem. — De lychni adlocutione cf. p. 26 sq. et 31. Septies pronuntiatur *ὁ λόγος*, numerus 7 sacer. — 5. Sequitur hymnus in Mercurium, de quo vide nonnulla p. 21 in adnotatione.

---

1) *ἄλειψον* proponebat Hercherus, v. Parthey p. 164 ad 74.

II.

Wess. N. Gr. ZP. 32, 367 sqq. = Ken. 96, 359 sqq.

Ὀνειραιτητόν· λαβὼν ῥάκος λινοῦν καθα[ρὸ]ν γράφε εἰς αὐτὸ τὸ ὑποκάτω π̄ καὶ ἑλίξας καὶ ποιήσας ἐλλύχνιον ἄναψον ἐπιβαλὼν ἔλαιον καθαρόν. λόγος ὁ γραφόμενος οὗτος· αρμιουθ λαιλαμχωουχ αρσενοφρηφρην φθα αρχεντεχθα. ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι, καθαρὸς ἀπὸ παντὸς τόδε ποίει· προσελθὼν τῷ λύχνῳ λέγε ἑπτάκις τὸν ὑποκείμενον λόγον καὶ ζβέσας αὐτὸν κοιμῶ. λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος· αχμου . . επαημα λιγοτηρηηνχ· ὁ αἰὼν ὁ βροντῶν ὁ καταπεπωκὼς τὸν ὄφιν καὶ τὴν σελήνην ἐμπεριλαμβάνων καὶ καθ' ὥραν ἐξαίρων τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου χθεθω[κ]οι (?) ὄνομά σοι ἀξιῶ ὑμᾶς τοὺς κυρίους τῶν θεῶν σηθ· χρηψ· χ[ρ]ηματίσατέ μοι περὶ ὧν βούλομαι.

1. ονειρ / P. — $\overset{\lambda}{\alpha}$ P. — καθα[ρο]ν K. καθαρον W. — γρ / K. χρ / W. — ϋποκατω P. ὑποκείμενον W. — π̄ K. ('perhaps προσωπον'). □ (= ὄνομα) W. — 2. ελλιξας P. em. W. — 3. $\overset{\lambda}{o}$ P. — 'αρμιουθ'' λαιλαμχωουχ K. $\overset{\text{αρμιουθ·}}{\text{λαιλαμχωοιχ}}$ W. — 4. αρσενοφρηφρην K. αρσενοφρη φρην W. — ἑσπερας W. — 6. $\overset{\lambda}{\varepsilon}$ K. $\overset{\lambda}{o}$ W. — ζ̄ P. — ϋποκει / P. (υποκει / K.) — $\overset{\lambda}{o}$ P. — 7. κοιμου P. em. W. — λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος D. $\overset{\lambda}{o}$ λεγ / ουτως P. λόγος· λέγε οὕτως W. (ουτω K.). — σαχμου . . επαημα λιγοτηρηηνχ K. αχμουνε παημαλι τοτηρηηνχ W. — 8. τη¯ P. — 9. εμπεριλαμβα[ν]ων W. — 10. ♂ P. — χθεθω[κ]οι K. χθεθωνι W. — post σοι lacuna W. — ϋμας P. — 11. κ̄ς̄ P. — θ̄ν̄ P. — β[ουλο]$^{\mu}$ K. β$^{\mu}$[. . . W.

Adnotando ea tantum attingere possumus, quae ad ritus pertinent; verba illa magica nec secus invocationem ipsam gnosticorum doctrinam sapientem omittimus. — Hic quoque inscriptum videmus *ὀνειραιτητόν*, cf. I 1 et p. 30 sqq. *ῥάκος λινοῦν*, sicut in oneiraeteto antecedenti *βύσσινον ῥάκος* restituimus; cf. p. 25. *καθαρὸν* (cf. 3: *ἔλαιον καθαρόν*, 5: *καθαρὸς ἀπὸ παντός*): v. p. 29. *γράφε κτλ.*: scripta eiusmodi magica saepissime adhibentur. 3. De oleo cf. p. 20 sqq. 4. Attendas verba *ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι.* 6. Rursus occurrit lychni adlocutio in oneiraetetis usitata, cf. p. 31. *ἑπτάκις*: cf. I 4. *ζβέσας αὐτὸν κοιμῶ* (cf. 4 sq.): *αὐτὸν* sc. *τὸν λύχνον*; quocum conferri potest Aristoph. Plut. 668 sqq.: *ὡς δὲ τοὺς λύχνους ἀποσβέσας | ἡμῖν παρήγγειλ' ἐγκαθεύδειν τοῦ θεοῦ | ὁ πρόπολος.* (cf. p. 26, 2.) 7. *λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος·* sic scripsi maxime attendens v. 3: *λόγος ὁ γραφόμενος οὗτος.* Duo igitur sunt *λόγοι*, alter *γραφόμενος* alter *λεγόμενος*, atque optime hoc modo inter se excipiunt: *γράφε . . . λόγος ὁ γραφό-*

μενος οὗτος . . . λέγε . . . τὸν . . . λόγον . . . λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος. cf. etiam p. 31, 2. Facillime id quod in papyro exaratum videmus: $\overset{\lambda}{o}$ *λεγ / ουτως* corruptum esse potest ex: $\overset{\lambda}{o}$ *ο λεγ/ουτος*. 11. *χρηματίσατέ μοι περὶ ὧν βούλομαι*: formula, qua fere terminantur invocationes magicae.

III.

Wess. Neue Gr. ZP. 43, 694 sqq. = Ken. 104, 628 sqq.

Λαβὼν καλαβώτην ἀπ[ὸ ὑγ]ροῦ ἔασον αὐτὸν
εἰς κρίνινον ἕως ἂν ἀποθεωθῇ· ἔπειτα γλύψον 695 W.
τὸν ἐν Μέμφει Ἀσκληπιὸν ἐπὶ δακτυλίου 631 K.
σιδηροῦ ἀπὸ ἀναγκαπέδης καὶ βάλε εἰς κρίνι-
νον ἔλαιον, καὶ ὅτε χρήζῃ λαβὼν τὸν δακτύ-
λιον δεῖξον τῇ ἄρκτῳ λέγων τὸν λόγον ἑπτάκις· μενωφρι·
ὁ ἐπὶ τὰ χερο[υ]βὶν καθήμενος, πέμψον μοι 700 W.
τὸν ἀληθινὸν Ἀσκληπιὸν δίχα τινὸς ἀντι- 635 K.
θέου πλανοδαίμονος· εἶτα ἔνεγκ[ο]ν τὸ θυμια-
τήριον, ὅπου μέλλεις κοιμᾶσθαι, κ[αὶ] θῦσον λιβάνου
κόκκους τρεῖς καὶ περιένεγκον τὸ δακ[τ]ύλιον ἐπὶ
τῆς ἀτμίδος τοῦ λιβάνου λέγων ἑπτάκις τὸν [λόγον] χαυαψ: 705 W.
ωαειαψ: ωακλυσιφθα: κύριε Ἀσκληπιέ, 640 K.
φάνηθι· καὶ φόρει τὸν δακτύλιον εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῷ
λιχανῷ.

1. *απ[ο υγ]ρου* K. *απ[ο . . .]ρου* W. — 2. *γλυψο¯* P. — 4. *ἀναγκοπέδης* W. — 6. $\overset{\lambda}{o}$ $\bar{\zeta}$ P. — 7. $\breve{o}$ P. — *επει* P. em. W. — *χερο[υ]βιν* K. *χερουβιν* W. — *αληθϊνον* K. — 9. *ενεγκ[ο]ν* K. *ενεγκαι* W. — *θυμιατηρον* K. — 10 *λιβ* / P. — 11. $\bar{\gamma}$ P. — *περϊενεγκον* K. — *δακ[τ]υλιον* K. *δακτυλιον* W. — 12. *ατμιτος* P. em. W. — *λιβ* / P. — $\bar{\zeta}$ P. — *τον*[$\overset{\lambda}{o}$] K. *τον* [. . .] W. — 13. *ωακλυσιφθα* K. *ωακ·λυσι/φθα··* W. — 14. *φανητι* P. em. W. — *φορε* P. em. W. — *δακ*[τ] P. — *δεξ/χειρ* / P.

Differt quidem, ut primo aspectu cognosci potest, hic locus ab iis, quos modo protulimus. Nam neque *ὀνειραιτητόν* inscriptum legitur neque vero ritus quidam praescribuntur, qui cum ritibus observatis magis consentiant. Tamen hos quoque versus voluimus adnectere, quibus videlicet de Aesculapio agatur per somnum apparituro, itaque de deo, qui in somniis incubantibus se offerre medelamque aegrotis praebere solebat. At quidem in somnio exspectari Aesculapium elucet e v. 9 sq.: *ἔνεγκον τὸ θυμιατήριον, ὅπου μέλλεις κοιμᾶσθαι*, quocum cf. II 4 sq.: *ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι*, quae verba in oneiraeteto exstant. Videtur Aesculapius quoque sicut alii dei invocari, ut dormienti de rebus quibusdam vaticinetur (*χρηματίζειν*); quae res, si ita sese habet, deus salutifer in magicis vim suam

divinandi recuperavit, quae non exstincta quidem tamen prae illa vi medendi maxime erat repressa[1]).

Versus 1—5 digni sunt, qui attendantur: nam quis non videat *καλαβώτην* quendam hic aliquo modo cum Aesculapio coniunctum esse. Viri doctissimi, qui nomen *'Ασκληπιός* cum *ἀσκάλαβος = ἀσκαλαβώτης = καλαβώτης* cohaerere putabant[2]), auctore antiquo adiuvari videntur; neque enim dubito quin magus ille, qui praeceptum quod ante oculos habemus composuit, inter Aesculapium et *ἀσκαλαβώτην* aliquam convenientiam esse persuasum sibi habuerit. An fortasse traditione quadam nisus sit, non possumus exsequi.

Pauca de illis rebus, quae ad nos, adnotanda. 2. *ἀποθεωθῆναι = ἀποθανεῖν*; cf. schol. in Tzetz. Chil. IX 161 (in Tzetz. epist. editione p. 129 Pressel). — 3. De Aesculapio Memphi culto v. Ammian. Marcell. XXII 14, 7 p. 254, 28 E.: „*ducitur* (sc. Apis) *Memphim, urbem frequentem praesentiaque numinis Aesculapii claram.*“ — 6. 12; 11: 7 et 3[3]) occurrunt numeri. — 9 sq. *θυμιατήριον* in Apellae quoque invenitur inscriptione p. 114, 19 Baun., ubi somniat ille se exire ex abato, *παιδάριον*[4]) *δὲ ἡγεῖσθαι θυμιατήριον ἔχον ἀτμίζον.*

Priusquam ab incubationis ritibus discedamus, unum locum prioris papyri Berolinensis velim proferre. Legitur enim apud Partheyum p. 129, 327 sqq. Apollinis invocatione perfecta hoc: *καὶ ὅταν εἰσέλθῃ, ἐρώτα αὐτὸν περὶ οὗ θέλεις, περὶ μαντείας, περὶ ἐποποιΐας, περὶ ὀνειροπομπίας, περὶ ὀνειραιτησίας*[5]), *περὶ ὀνειροκριτίας, περὶ κατακλίσεως, περὶ πάντων ὅ[σ]ων ἐστὶν ἐν τῇ μαγικῇ ἐμπει[ρίᾳ]. κατακλίνειν* vel rectius *κατακλίνεσθαι* apud Graecos de iis dicebatur, qui in templis deorum ad incubandum prosternebantur[6]); qua de causa cum l. c. voci *κατάκλισις* antecedant *ὀνειροπομπία, ὀνειραιτησία* (cf. p. 30 sqq.), *ὀνειροκριτία*, facile conicias verba *περὶ κατακλίσεως* vertenda esse 'de incubatione'; tamen cavendum est. Nam in papyris magicis,

---

1) v. Rohde Psyche² I 141, 3. Locis citatis addas Orig. c. Celsum III 24: *πολὺ ἀνθρώπων πλῆθος .... ὁμολογεῖ .... ὁρᾶν* (sc. *τὸν 'Ασκληπιόν*) ... *θεραπεύοντα καὶ εὐεργετοῦντα, καὶ τὰ μέλλοντα προλέγοντα κτλ.* Lucian. deor. concil. 16 (in ridiculo Momi psephismate): *ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὑτοῦ ἕκαστον, καὶ μήτε τὴν 'Αθηνᾶν ἰᾶσθαι μήτε τὸν 'Ασκληπιὸν χρησμῳδεῖν κτλ.* Itaque vaticinabatur Aesculapius, id quod non suo fieri iure sentiebatur. Vis illa divinandi etiam perlucere videtur in miraculo iamatum Epidauriorum, nr. 80 IV Baun. (= Fouilles d'Ép. 2, 19 sqq.), ubi incubat pater, cuius filius saxis circumclusus reperiri non potest: somniat a deo in illum se locum duci, ubi erat filius; somnium secutus profecto septimo die puerum recuperat.

2) Welcker Griech. Götterlehre II 736. Angermann Curt. Stud. IX 247. cf. Thraemer Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1643.

3) De 3 numero vide Diels Sibyll. Blätter p. 40, 1.

4) Puer cum *θυμιατηρίῳ* Wess. Gr. ZP. 104, 39 sqq. = Ken. 66, 38 sqq.

5) Sic emendandum traditum *ονειροτησιας* (ο < ε < αι).

6) cf. p. 7 sq.

quamvis nonnumquam occurrit vox *κατάκλισις*, nullo vero loco significationem illam exhibet[1]). Wess. Gr. ZP. 83, 2496 sqq. postquam praescriptum est, quid sit faciendum, ut femina quaedam in domum tuam veniat, pergitur: *ἐπὶ κατακλίσεως τούτοις χρῆσαι τοῖς λόγοις προστιθεὶς ὅτι κατάκλινον τὴν ♀ ἣν ♀ (= ἣν ἡ δ. ἐγέννησεν* W.), *ἐπὶ δὲ ἀναιρέσεως λέγε ἀνάσπασον αὐτῆς τὸ πνεῦμα . . ., ἐπὶ δὲ ὀνειροπομπῶν . . ., ἐπὶ δὲ ὀνειραιτήτου κτλ.* Vides hic quoque vocem *κατάκλισις* uno ordine enumerari cum '*ὀνειροπομπά*', '*ὀνειραιτητόν*'. Exstabant igitur diversa actionum magicarum genera, quorum unum erat *κατάκλισις*. E loco allato elucet *κατάκλισιν* magicam nihil habere cum incubatione commune, ergo cum in loco supra citato eodem modo cum isdem terminis technicis coniungatur, nobis fatendum est de incubatinne illic quoque cogitari non posse. Quidnam valet *κατάκλισις*? Papyri Parisinae locus docet deam invocatam *κατακλίνειν* aliquam feminam. Quod sequitur *ἀναίρεσις* videlicet de morte usurpatur: daemonis auxilio inimicus interficitur. Probat hoc quidem *κατακλίνειν* dici de daemone, qui ab homine quodam invocatur, ut inimicum lecto prosternat, scilicet morbo afficiat. Videtur simili modo deliberasse Partheyus, qui alterum locum papyri Berolinensis eumque p. 125, 188 sq. inspiciendum: *ἐρεῖ δέ σοι* (ὁ *θεὸς*) *περὶ κατακλίσεως ἀνθρώπου ἢ ζήσεται ἢ τελ[ευτήσ]ει*: hoc modo vertit (p. 134): „*Er wird dir Auskunft geben über die Krankheit eines Menschen, ob er leben oder sterben wird.*“ Quocum non dissentiunt alii loci, ubi verbum *κατακλίνειν* ad certam actionem magicam significandam adhibetur[2]). Itaque, ut ad locum de quo exiimus revertamur, hoc modo illum vertendum esse putamus: „*Atque cnm intraverit, interroges eum de quo velis, de divinatione, de carminum compositione, quomodo somnium alicui possis immittere, quomodo somnium accipias, quomodo somnium explices, quomodo inimicum morbo afficias*[3]) *deque omnibus, quae ad magicam scientiam pertineant.*“

1) De Wess. N. Gr. ZP. 32, 356 sq. = Ken. 95, 348 sq. difficile est iudicare. Legis enim haec: *μαντεῖον* (*μαντιον* pap.) *ἐπὶ παιδός· κατακλίνας* (*κατακλειναs* pap.) *ἐπὶ τὸ ἔδαφος λέγε, καὶ φανήσεται αὐτῷ παιδίον μελάνχρουν.* Incertum, utrum *παῖς* prosternatur, an post *κατακλίνας* supplendum sit *σεαυτὸν*, quod quidem verisimilius videtur: sequens *αὐτῷ* non offendit, quia personae in praeceptis magicis non accurate distinguuntur; cf. ex. gr. Abrax. 203, 23 sqq.: *χάρασσε ἀδαμαντίνῳ λίθῳ τοὺς ὑποκειμένους χαρακτῆρας τοὺς ἀφθέγκτους, ὁ δὲ χαράσσων αὐτὰ ἔστω καθαρὸς ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας κτλ.* De somniis certe non agitur.

2) Wess. Gr. ZP. 73, 2076 sqq.: *ἄγει* (est quidem *ἀγωγή*, quae Wess. ib. p. 83 *κατακλίσει* antecedit) *δὲ καὶ κατακλίνει καὶ ὀνειροπομπεῖ καὶ κατέχει καὶ ὀνειραιτητεῖ* (sc. *ὁ νεκυοδαίμων*). ib. 81, 2441 sqq.: *σκευὴ ἐπιθύματος σεληνιακοῦ ἄγουσα ἀσχέτους . . . κατακλίνει γενναίως καὶ ἀναιρεῖ* (!) *ἰσχυρῶς, ὀνειροπομπεῖ καλλίστως, ὀνειραιτητεῖ θαυμαστῶς.* ib. 86, 2622 sqq.: *διαβολὴ πρὸς σελήνην..... ἄγει..., ὀνειροπομπεῖ, κατακλίνει, ὀνειροθαύπτει* (?), *ἀναιρεῖ* (!) *ἐχθρούς* (!!) *κτλ.*

3) Non recte hic Partheyus p. 137: „*(frage ihn) nach der Heilung von Krankheiten*“, qui nescio an de incubatione ipsa cogitaverit.

Quodsi hac in re quaestioni nostrae nihil profecimus, tamen inesse incubationi magicae, quae de incubatione chthoniis dis instaurata originem petivere, nobis videmur demonstrasse.

B. Symbola.

Accedamus nunc quidem ad symbola dispicienda, i. e. animalia aliasque res, quae propter vim quandam et indolem illis dis sunt sacrae vel in illorum deorum conspectu nobis occurrunt, qui *δι' ἐγκοιμήσεως* futura praedicere vel morbos sanare solebant. Parvum scilicet numerum locorum ad hanc rem pertinentium possumus afferre, cum non symbolorum chthoniorum indicem quasi universalem praebere propositum sit nec proponi potuerit, sed eae tantum, quod quidem ad Aesculapium attineat, res sint conferendae atque colligendae, quae cum ipsa incubatione aliquo modo artius cohaereant. Tamen cum symbola tractanda, id quod consentaneum est, in omni cultu chthonio latissime sint dispersa, saepius sicut in rituum catalogo antecedenti ad eos libros relegandi erunt legentes, quibus velut fontibus virorum clarissimorum doctrina de rebus symbolicis congesta uberius profluit.

I. Animalia[1]).

In tabulis Epidauriis bis apparet canis quidam[2]), cuius lingua[3]) sanantur aegroti, altero loco puer caecus altero puer, cui in cervice erat ulcus.

De canibus Aesculapii v. Thraemer Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1682 sq. Gaidoz Rev. archéol. 3me série IV (1884) p. 217 sqq. Toepffer Attische Genealogie p. 302. Furtwaengler Sammlung Sabouroff I 24 sq. De canibus in mortuorum cultu v. Rohde Psyche² I 242 adn. cf. Furtwaengler l. c. p. 24. Roscher Das von der Kynanthropie handelnde Fragment des Marcellus von Side, Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. XVII (1896) phil.-hist. Kl., p. 25 sqq. Memineris Cerberum, Hecates canes, similia. Canum corpora in lustrationibus adhibita, Rohde Psyche² II p. 406. 407. De canibus in magicis usitatis v. Riefs s. v. Abergl. p. 72 sq. (Pauly-Wiss.). E papyris magicis ad-

1) De serpentibus omnia omittere constitui, quod quare factum sit facile intellegitur.

2) Nr. 59 (= 1 Fouilles) XIX 125 Baunack: *[Θ]ύσων Ἑρμιονεὺς παῖς ἀϊδής. οὖ[τος] ὕπαρ ὑπὸ κυνὸς τῶν κατὰ τὸ ἱαρὸν θ[εραπ]ευόμενος τοὺς ὀπτίλλους ὑ[γιὴ]ς ἀπῆλθε.* Nr. 80 (= 2 Fouilles) VI 35: *κύων ἰάσατο παῖδα Α[ἰγιν]άταν. οὗτος φῦμα ἐν τῶ[ι τραχ]άλῳ εἶχε. ἀφικόμενο[ν] δ' αὐτὸν ποὶ τ[ὸν] θε[ὸ]ν κύ[ω]ν τῶν ἱαρῶν ὕ[παρ τ]ᾷ γλώσσᾳ ἐθεράπευσε καὶ ὑγιῆ ἐπόη[σ]ε.*

3) De lingua dicitur modo sub 80, 37; tamen sub 59, 126 idem statuere licet, quia hic idem adhibetur verbum *θεραπεύειν*, quod illic cum voce *γλώσσᾳ* apparet coniunctum. De caninae linguae vi salutifera ex antiquis scriptoribus vide ex. gr. Aelian. hist. an. VIII 9: *τρωθέντες δὲ* (sc. canes) *ἔχουσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ᾗπερ οὖν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος εἰς ὑγίειαν ἐπανάγουσιν.* cf. Philostr. V. Ap. VI 43 p. 253, 22 K.: *καὶ . . . ἐκέλευσε τὸν κύνα περιλιχμήσασθαι τὸ δῆγμα, ὡς ἰατρὸς αὐτῷ πάλιν ὁ τρώσας γένοιτο.*

notamus haec: Wess. Gr. ZP. 56, 1434 (*εἰνοδία κύων μέλαινα* [= Hecate, cf. 1432]); 62, 1651 sq. (cf. 1655 sq.); 67, 1877 sqq. (imprimis 1911 sqq.: *βαυκύων ἐξορκίζω σε Κέρβερε κατὰ τῶν ἀπαγξαμένων καὶ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν βιαίως τεθνηκότων* et 1916 sqq.: *ἐξορκίζω σε Κέρβερε κατὰ τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τῶν καταχθονίων θεῶν.*); 77, 2260 (2261 commemoratur tartarus); 79, 2336 (*κύανος*, 2338: tartarus); 85, 2578; 86, 2645; 87, 2689 (*οὐσία* [?] *κυνός*; idem 93, 2875). *κυνάριον* 95, 2945 sqq. (2954: *κατάθου αὐτὸ εἰς τρίοδον*; 57: *ἐξορκίζω σε τρὶς κατὰ τῆς Ἑκάτης* [sic videlicet legendum, *τρισκαιδεκατης εκατης* pap. *ΚΑΤΑ > ΚΑΙΔ*]; 2961: *ἐξορκίζω σε κατὰ τῆς κόρης τριοδίτιδος*). *αἷμα τοῦ μέλανος κυνώτου* 109, 260 = Ken. 73, 256. *ἀμφόδευμα κυνός* Abrax. 188, 2.

In isdem tabulis Epidauriis de Ambrosia quadam Atheniensi agitur, quae altero oculo caeca deum erat aditura[1]); quae cum dei curationes earumque monumenta, tabulas scilicet votivas, irrisui habuisset, noctu a deo apparente sus argenteum in sacrum dedicare iubetur, *ὑπόμναμα τᾶς ἀμαθίας*[2]).

Hemitheae *τέμενος* adire non licebat iis, qui suem aut tetigerant aut ederant[3]).

Sues Aesculapio sacrificatas esse commemorat Philostr. V. Apoll. I 10. cf. Herodas IV 15 (ubi *χοῖρος*). Sus saepius in anaglyphis conspicitur, ubi homines adorantes cum animalibus sacrificandis deum adgrediuntur. cf. Duhn Archäolog. Zeitung 1877 p. 147 n. 15; p. 148 n. 17b; p. 152 n. 31; p. 153 n. 33 („*crassa*" adnotat Duhnius, gravida?). Athen. Mitteil. 1892 p. 234 fig. 5. Praecipue Cereri sues mactabantur, cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 108; Selenae et Dionyso ab Aegyptiis, Dieterich Pap. mag. p. 785, 1. Abrax. p. 158 A. Nemesibus *χοῖρος* offertur, C. I. G. II 2663. De sue fecunditatis signo v. Friedreich Symbolik etc. p. 446 sq. Lustrandi causa sacrificatur, cf. Diels Sib. Bl. p. 48, 2, 9. Friedreich p. 446. De magicis v. Rieſs s. v. Aberglaube p. 79. *ὑαίνης δέρμα* cf. p. 27. *σπάθη ἀπὸ συὸς μέλανος* Wess. Gr. ZP. 99, 3117 sq. *αἷμα χοιρίου* 102, 3260. *χοίρεος πνεύμων* Wess. N. Gr. ZP. 25, 181 = Ken. 90, 181 (*χοιραιον πνευ*[*μ*]*ονα..φαγε* pap.).

Apud Trophonii oraculum ea nocte, qua quis descensurus erat, aries ater sacrificabatur *εἰς βόθρον* (Paus. IX 39, 6; cf. p. 17).

Ante incubationem instituendam Amphiarao aries mactabatur, cuius

---

1) Nr. 59 (= 1 Fouilles) IV 33 sqq. Baun.

2) Haec verba non (cum Cavvadia) eum in modum videntur intellegenda esse, quasi sus signum vel symbolum esset stultitiae: femina illa cum deum irrisisset, culpam suam dono aliquo abluere debet. Qua in re fere instituebatur sacrificium. Aesculapio cum alia sacrificabantur animalia tum sues. Ambrosia vero non vivam suem mactare, sed idem animal in effigie, quae aliquod pretium praestaret, deo dicare iubetur. *ὑπόμναμα τᾶς ἀμαθίας* nihil aliud nisi 'in stultitiae memoriam'.

3) Diodor. V 62, 5: *τὸν δ' ἁψάμενον ἢ φαγόντα ὑὸς οὐ νόμιμον προσελθεῖν πρὸς τὸ τέμενος.* Hac ex re fluxit historia de suibus, quae dormientibus virginibus patris vinum perdiderunt vase, quo conservatum erat, confracto; qua de causa virgines patris iram metuentes in mare se proiciunt, quarum una Molpadia ab Apolline servata Castabi sub nomine Hemitheae divinis honoribus fruitur, ib. 62, 3. 4.

pelle substrata dormientes somnia exspectare solebant. (Paus. I 34, 5; cf. p. 18 et 27).
Calchanti arietem atrum immolabant, in cuius pelle dormiebant oracula petentes. (Strabo VI 3, 9 p. 284; cf. p. 18 et 27.)

Nigra animalia omnino dis chthoniis offeruntur. cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 134 sq. Dieterich Abrax. p. 158 A. Aesculapio ut sus ita aries immolabatur, conferas anaglypha duo: Panofka Asklepios u. die Asklepiaden Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1845 tab. IV 2 (cf. p. 303 sq.) et Girard L'Asclépieion d'Athènes tab. IV, descriptum iam a Duhnio Griech. Reliefs Archäol. Zeit. 35 (1877) p. 144 nr. 9 (saec. IV): supplices adorantes Aesculapio et Hygieae arietem offerunt. De ariete vis genitalis signo v. Friedreich Symbolik etc. p. 489. Veneri sacer est „*als von verliebter Natur*," Preller-Robert Griech. Mythologie I 381. De ariete in magicis v. Riefs s. v. Abergl. p. 77, 11. cf. quod Vallachi arietum capita ad pestem arcendam idonea esse putant: Schott Wallachische Märchen p. 301 (cf. Friedreich l. c. adn. 3). Denique congeramus e papyris magicis, quibus locis de ariete atro agatur: *λίπος κριοῦ μέλανος ἄρρενος πρωτοτόκου καὶ πρωτοτρόφου* Wess. Gr. ZP. 47, 1092sq. cf. 48, 1101 sq. *ἐγκέφαλος κριοῦ μέλανος* ib. 53, 1314. *κριοῦ* (W.: *κρειου* pap.) *ὁλομέλανος ἐγκέφαλος* Wess. Neue Gr. ZP. 38, 548 = Ken. 101, 539. *αἷμα ἀρνὸς μέλανος* Ken. p. 123 CXXV 2. cf. ib. 105, 652 sq.: *αἷμα μελαίνης βοὸς ἢ ἀ[ρν]ὸς* .. = Wess. N. Gr. ZP. 44, 718 sq., qui pro *ἀ[ρν]ὸς* supplevit *α[ἰγ]ὸς*. (De asino nigro in magicis cf. Wess. Gr. ZP. 54, 1332: *ὄνου μέλανος στέαρ* et Wess. N. Gr. ZP. 30, 310 = Ken. 94, 301: *διὰ αἵματος ὀνίου μελάνου*.)

Latinus Faunum per somnum consulturus centum mactat oves (Verg. Aen. VII 93; cf. 87), Numa duas (Ov. Fast. IV 652sq.). cf. p. 18 et 27.

Ovis in lustrationibus sacrificatur, v. Diels Sib. Bl. p. 48, 2, 9 (de agno cf. ib. p. 69 et 122); dis chthoniis offertur, v. Friedreich Symbolik etc. p. 494. In magicis: *ὑμὴν προβάτου μέλανος* Wess. Gr. ZP. 41, 814 sq. *λευκοῦ* ib. 817 sq. *ὄνυχες προβάτου* Parthey 154, 142. cf. etiam Riefs s. v. Abergl. p. 77.

Mopsus incubanti imperat, ut taurus ater sibi immolaretur. (Plut. de def. or. 45 p. 434E/F.)
Acharacis cum panegyris celebrabatur, iuvenes nudi atque uncti meridie taurum in Charonium antrum deducebant, ubi paululum profectus cadebat animumque exspirabat. (Strabo XIV 1, 44 p. 650.) cf. p. 21 et 24.

De nigris animalibus cf. supra. Tauri immolantur in cultu chthonio, v. Dieterich Abraxas p. 158 A. Inter sacrificia Aesculapio offerenda nominatur *βοῦς*, Herodas IV 15. cf. Philostrat. V. Apollon. I 10 nec non Ephem. arch. 1899 p. 2, 18 sqq.: *τõι Ἀσσκλαπιõι θύεν βõ|ν ἔρσενα καὶ hομονάοις | βõν ἔρσενα καὶ hομονάα|ις βõν θέλειαν*. Aeginae Terrae sacerdos vaticinatura tauri sanguinem bibebat, priusquam in specus descenderet: Plin. hist. nat. 28, 9, 41. cf. de eadem re Pausan. in Achaicis VII 25, 13: *πίνουσαι δὲ αἷμα ταύρου δοκιμάζονται* (sc. mulieres sacerdotium petentes)· *ἣ δ' ἂν αὐτῶν τύχῃ μὴ ἀληθεύουσα, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔσχεν*. Constat taurum Dionyso sacrum fuisse „*wegen seiner mit wildem und stürmischem Wesen verbun-*

denen Zeugungskraft," Preller-Robert Gr. Mythol. I 713. cf. Friedreich Symbolik etc. p. 504: „*Wie der Stier Sinnbild der Erzeugung und Fortpflanzung ist, so ist die Kuh Sinnbild des Gebärens und des Lebens der Mutter Erde, der Mutter des Lebendigen, das Sinnbild der Fruchtbarkeit.*" De placentis bovis instar formatis, quas secum portabant in Trophonii antrum descensuri v. infra p. 43, 4. De tauro vel bove in magicis v. Rieſs s. v. Aberglaube p. 76. Taurus ater in magicis: *ταύρου μέλανος στέαρ* Wess. Gr. ZP. 54, 1333. Vacca atra: *γάλα βοὸς μελαίνης* ib. 43, 908 sq. *βόλβιθον* (= *βόλιτον*) *βοὸς μελαίνης* ib. 57, 1439 sq. *γάλα βοὸς μελαίνης πρωτοτόκου καὶ πρωτοτρόφου* ib. 100, 3149 sq. *μελαίνης βοὸς γάλα* Abrax. 172, 12 (cf. 181, 2). *αἷμα μελαίνης (μελανης* p.) *βοός* Wess. Neue Gr. ZP. 44, 718 sq. = Ken. 105, 652 sq.

Hercynam in Trophonii nemore cum Cora ludentem anser quidam effugisse atque in antro se occuluisse tradebatur sub lapide; quem cum tolleret Cora, ut anserem caperet, aqua subito inde profluxit. Flumen illud Hercyna appellabatur; in cuius ripa Hercynae erat templum: virginis inerat statua anserem tenentis. (Paus. IX 39, 2. 3.)

„*Anseres rei aliquid habuisse cum Orco*" adnotavit Dieterich Pap. mag. p. 785, 4 recte mea quidem sententia refutans Kellerum, qui in libro 'Tiere des klassischen Altertums' p. 292, 61 Friedreichii explicationes (Symbolik p. 586) reprehendit, praesertim cum Kellerus ipse l. c. p. 288 sqq. et p. 296 eroticam vim illius avis, qui fecunditatis signum habebatur, haud paucis verbis declaraverit. Ac vero inter omnes constat, quantum interfuerit Graecorum et Romanorum chthonios placare deos, quippe qui fecunditatem praeberent. Isidi quoque et Osiridi anseres immolabantur, Lenz Zoologie der alten Griechen und Römer p. 407. Friedreich l. c. Dieterich l. c. Nescio an fortasse cum erotica illa anseris significatione aliquo modo cohaereat id quod apud Aelianum exaratum reperis (hist. an. V 29): *θερμότατος δὲ ἄρα ὢν καὶ διαπυρώτατος τὴν φύσιν ὁ χήν.* Anseres omnino multis in templis habebantur, cf. Artemidor. Oneirocr. IV 83: *ἱεροὶ γὰρ οἱ χῆνες καὶ ἐν ναοῖς ἀνατρεφόμενοι.* E papyris magicis cf. haec: *χὴν ἄσπιλος* Dieterich Pap. mag. VII 2 et *φῦσα χήνεια* Wess. Gr. ZP. 113, 396 = Ken. 77, 382 ('windpipe of a goose'). Persuasum mihi habeo non sine causa Alexandrum illum Abonotichensem, qui altero p. Chr. saeculo totius mundi oculos in se converterat, Glyconem suum ex anseris ovo prodeuntem fecisse (Lucian. Alex. 13), praesertim cum capite sequenti (14) de novo illo Aesculapio iterum asseverari videatur *οὐκ ἐκ Κορωνίδος .... οὐδέ γε κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγεννημένον.*

Amphiarao gallinas sacrificatas esse ex Aristophanis Amphiarai fragmento concluserim[1]).

Plura de gallis v. infra p. 46 sq.

II. Alia.

Placentae Aesculapio cremabantur ante incubationem instituendam. (Aristoph. Plut. 660 sq.) cf. p. 18.

---

1) frg. 18 Kock: *γύναι, τί τὸ ψοφῆσάν ἐσθ'; — ἀλεκτρυὼν*
τὴν κύλικα καταβέβληκεν. — οἰμώζουσά γε.

Videtur gallina ab Atheniensi, qui cum uxore Amphiarai sacrum adiit, ad sacrificandum destinata fuisse; quamquam dubium est.

Homines Trophonium consulturi in adytum descendentes placentas secum ferebant, quae vario modo appellantur: *πλακοῦντες*, *πόπανα*[1]), *μᾶζαι*, *μαγίδες*[2]), *μελιτοῦτται*[3]), *βοῦς*[4]), *εἱλυταί*[5]).

Placentae dis chthoniis sacrificantur, v. Dieterich Abrax. p. 158 A. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 89 sq. adnotat praecipue *πέλανον* (qui Ar. Plut. 661 commemoratur) in chthoniorum cultu usitatum fuisse, quamquam etiam aliis dis offerebatur, cf. Pollux VI 76: *πέλανοι δὲ κοινοὶ πᾶσι θεοῖς*. Placentae in magicis: *παρακείσθω δὲ αὐτῷ* (sc. *ἀλέκτορι λευκῷ*!) *πόπανα ζ̄ πλακοῦντες ζ̄* Wess. Gr. ZP. 75, 2190 sq. *πλακοῦντας ζ′ καὶ πόπανα ζ′* (sc. *τέλεσον*) Parthey 128, 288. — De melituttis in cultu inferum v. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 90. Rohde Psyche[2] I 305 adn. cf. Otto Jahn Archäolog. Beiträge p. 223, 15. Wess. Gr. ZP. 39, 754 sq.: *συνεμβαλὼν . . . καὶ μέλι λειώσας* (W.: *λιωσας* p.) *ποίησον μάζιον*.

---

1) *βαστάζουσι πλακοῦντά τινα* schol. Ar. Nub. 508 I. *τοὺς πλακοῦντας ἔχοντες* ib. III. *ἔχοντες ἐν ταῖν χεροῖν πόπανα* ib. IV = schol. Luc. dial. mort. 3 II. *πλακοῦντας ἔβαλλον* Suid. s. v. *Τροφώνιος*. *πλακοῦντας ἔβαλλον μέλιτι δεδευμένους* schol. Ar. Nub. 508 V.

2) *μάζας*. . *ἐν χεροῖν ἔχων* Max. Tyr. diss. 14, 2. *μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων* Luc. dial. mort. 3, 2. *μαγίδες, μᾶζαι, τουτέστιν ἄρτοι οὓς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες* Etym. Magn. p. 573, 2 s. v. *Μαγίς*. cf. Hesych. s. v. *μαγίδες*. *ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι* Paus. IX 39, 11. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοιαύτας μάζας λαβόντες . . . . τὰς δὲ μάζας λαμβάνουσιν* schol. Ar. Nub. 508 V. *τὰς δὲ μάζας ἐλάμβανον* Suid. s. v. *Τροφώνιος*.

3) *μελιτοῦτται* schol. Ar. Nub. 508 III. *δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον· ὡς δέδοικ' ἐγὼ | εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς Τροφωνίου* Ar. Nub. 507 sq. *μελιτοῦττα μᾶζα μέλιτι δεδευμένη· ἣν ἔφερον, ὡς ἐδόκουν, τοῖς ὄφεσι τοῖς ἐν Τροφωνίου μαντευομένοις*. Suid. s. v. *μελιτοῦττα*. *μελιτοῦττα μέντοι Τροφωνίῳ* (sc. *προσφερόμενον*) Pollux VI 76 (quae secuntur [*καὶ ἀρεστήρ, καὶ ὑγίεια ὁμοίως*] non, ut primo videtur obtutu, ad Trophonium pertinent, cum supplendum sit *ἀπὸ τοῦ σχήματος κέκληνται*). *μελιτούττας ἀπάγοντες ἐν ταῖν χεροῖν* Philostr. V. Apollon. VIII 19 p. 335, 17 K. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μελιτούττας λαβόντες, ὅ ἐστι μάζας μέλιτι δεδευμένας* Suid. s. v. *Τροφώνιος*. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μελιτούττας λαβόντες . . . τὰς δὲ μελιτούττας, ὅ ἐστι μάζας, ἐλάμβανον κτλ.* Apostol. XVII 30.

4) Etymol. Magn. s. v. *βοῦς* p. 204, 7: *ἔστι βοῦς καὶ εἶδος πλακοῦντος διδομένου τοῖς εἰς Τροφωνίου καταβαίνουσι, διότι οἱ καταβαίνοντες εἰς τὸ ἄδυτον μυκηθμῶν αἰσθάνονται*. Causa, quae traditur, sine dubio plane fabulosa; tamen placentas eius formae exstitisse e Polluce discimus (VI 76): *κέκληνται δὲ* (sc. *οἱ πέλανοι*) *ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὥσπερ καὶ ὁ βοῦς· πέμμα γάρ ἐστι κέρατα ἔχον πεπηγμένα, προσφερόμενον Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἑκάτῃ καὶ Σελήνῃ*. Quamquam Trophonius hic non nominatur (cf. quae statim secuntur), Hecate quidem dea chthonia nobis occurrit. Ceteroquin fieri non potest quin adnotem alterum memorabilem Etymologici locum p. 203, 38, ubi legis: *βοῦς· τὸ ζῷον παρὰ τὸ βῶ, τὸ τρέφω, τὸ τρέφον ἡμᾶς ἐκ τῆς περὶ τὴν γῆν ἐργασίας. βῶ, τρέφω, βοῦς, Τρεφώνιος*!?

5) Sic enim explicat Meisterus (Boeot. Inschr. p. 159) hanc vocem *εἱλυτή* (sc. *μᾶζα*, comparatur *στρεπτός* sc. *πλακοῦς*), quae bis invenitur in decreto Lebadeensium C. I. G. Sept. I 3055, 4 sqq. = Meister Boeot. Inschr. p. 156 nr. 413: (*κατιαρῶμεν*) *δέκα δραχμάων ε[ἱλ]υ[τ]ὰς* (nam sic accentum cum Meistero ponendum esse existimo) *δέκα κατὰ αὐτ[όν]*. *κὴ ὅστις [μ]εὶ καταβεβάων ἀντίθε[ιτι κατὰ αὐτ]ὸν δέκα δραχμάων εἱλυτὰς δέκα, γραφέμεν αὐτ[ὸν] ἐν τρία τάλαντα*.

Hemitheae Castabi libabatur *μελίκρατον*[1]).

De *μελικράτῳ* in cultu inferum v. Stengel Gr. Kultusalt.² p. 111, in mortuorum cultu ib. p. 132. cf. de *νηφαλίοις* p. 17. *ἄλφιτα* cum *μελικράτῳ* praebebant draconti sacro Melitensi (*ἀναδεύσαντες μελικράτῳ*) Ael. h. an. XI 17. cf. XVII 5. cf. Wess. Gr. ZP. 96, 3003 sq.: *ἑπτὰ μὲν πυροῦ κόκκους, τοὺς δὲ ἴσους κριθῆς μέλιτι δεύσαντες ἐνέβαλον κτλ.*

Liceat in fine huius capitis de inscriptionibus Maffeianis, quas vocant, nonnulla proferre, quod qua de causa fiat mox intellegetur. Inscriptiones illae numero quattuor una in tabula coniunctae in Tiberis insula inventae sunt, ubi olim Aesculapii exstabat sacrum. Continent quattuor sanationes in illo Asclepieo factas, quas nunc paulo accuratius dispiciemus. Idoneum existimo integras eas describere[2]).

I. *Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρηματίσεν (ὁ θεὸς) ἐλθεῖν ἐπ[ὶ τὸ] ἱερὸν βῆμα καὶ προσκυνῆσαι, εἶ[τ]α ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τὴν χεῖρα καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὀφθαλμούς, καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τοῦ δήμου παρεστῶτος καὶ συγχαιρομένου, ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντωνείνου.*

II. *Λουκίῳ πλευρειτικῷ καὶ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρησμάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν καὶ μετ' οἴνου ἀναφυρᾶσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλευρόν, καὶ ἐσώθη καὶ δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν τῷ θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.*

III. *Αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρησμάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.*

IV. *Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρηματίσεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυῶνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλύριο[ν] συντρῖψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ.*

Dispositio harum inscriptionum quattuor una est eademque. Initio nominatur aegrotus morbusque indicatur, quo laboret[3]) (2 caeci [sub I IV] 1 pleuriticus [sub II] 1 sanguinem erumpens [sub III]), sequitur remedium a deo per somnum scilicet significatum[4]), denique refertur de sanatione gratiisque deo actis.

Si remedia illa indicata accuratius perspicies, statim animad-

---

1) Diodor. V 62, 5: *τὰς μὲν σπονδὰς μελικράτῳ ποιοῦσι.* De causa huius ritus v. p. 40, 3.

2) De Kaibelio Inscript. Gr. Siciliae et Italiae nr. 966.

3) Sub II et III aegroti desperati erant ab omnibus hominibus.

4) Differunt hac in re inscriptiones Maffeianae ab inscriptionibus Epidauriis; hic enim non remedia commemorantur per somnum iussa, sed deus ipse noctu aegrotanti medetur.

vertes inter inscriptionem primam, quae fine quoque suo a reliquis nonnihil discedit, et inscriptiones sequentes esse aliquod discrimen; sanatur enim aegrotus sub I actione quadam mystica, accedit aram (? *βῆμα*) sacram eamque osculatur, a dextra procedit in sinistram partem, digitos omnes in ara ponit, tollit manum oculisque eadem manu imposita sanatur. Sub II III IV vero res quaedam adhibentur; quod autem ad has res attinet, primo obtutu elucebit certe nonnullas earum in chthoniorum cultu habere aliquam significationem. Iam singula sunt tractanda.

II. *ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν καὶ μετ' οἴνου ἀναφυρᾶσαι.* Cinis (*τέφρα*) eam ob rem sanandi exhibet vim, quia in ara est dei, itaque sacer ac salutifer. Quocum conferas inscriptionem ex Asclepieo Lebenio, qua curationis fragmentum nobis traditur (Philologus XLVIII 402) v. 12: *εἶτα κονίαν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς σποδοῦ* (sc. praescripsit deus). De vino in mortuorum cultu v. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 132. cf. Diels Sib. Bl. p. 71, 1. Vinum, oleum, mel in eodem cultu: v. Rohde Psyche[2] I 231. Vinum, lac, mel in cultu chthonio: Dieterich Abrax. p. 158 A. Vinum in magicis: Wess. Gr. ZP. 43, 908. id. Neue Gr. ZP. 25, 171 = Ken. 89, 171. ib. W. 179 = K. 179. Parthey p. 120, 10. 23; 124, 171; 152, 74. *οἴνου κεράμιον* Abrax. 179, 7. *οἶνος ἀθάλασσος* ib. 171, 21; 172, 13. cf. 181, 2 sq. *οἶνος Αἰγύπτιος* Wess. Gr. ZP. 80, 2371. *οἶνος ἀθάλασσος Αἰγύπτιος* Abr. 204, 3. *οἶνος Μενδήσιος* Wess. Gr. ZP. 40, 768. Parthey 122, 85 sq. (cf. infra p. 47.) *σπένδε γάλα μέλι οἶνον ἔλαιον* Wess. Gr. ZP. 75, 2192 sq. *γάλα οἶνον ὕδωρ... σπένδε* Abrax. 204, 4. *σπονδὴν τέλε[σο]ν ἀπὸ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ ὀμβρίου ὕδατος* Parthey 128, 286 sq. cf. Rieſs s. v Abergl. 66 sq.

III. *ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. κόκκοι στροβίλου*, si in ara positi erant, videlicet Aesculapio sacrificabantur. *στρόβιλος* est pinea, nux pinus, 'Fichtenzapfen'. Aesculapius Sicyonius a Calamide factus altera manu pineam tenebat[1]). Ad monumenta quod attinet, cf. Thraemerum in Roscheri lex. myth. s. v. Asklepios p. 628. Corona pinea ornata est parva statua Aesculapii Berolinensis, v. Thraemer Pauly-Wiss. p. 1681. In Longi Pastoralibus Panis statua sub pinu posita est[2]). Attendas Panem fere eundem esse ac Faunum[3]), cui incubaverunt Numa et Latinus. „*pinus grata deum matri*“ Ov. Met. X 103 sq. In Thesmophoriis *λαμβάνουσι . . κώνου* (= *στροβίλου*) *θαλλοὺς διὰ τὸ πολύγονον τοῦ φυτοῦ. ἐμβάλλονται δὲ καὶ εἰς τὰ μέγαρα οὕτως καλού-*

1) Paus. II 10, 3: *ἔχει δὲ (ὁ θεὸς) . . . ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς πίτυος καρπὸν τῆς ἡμέρου.*
2) Longus II 24, 2 p. 275, 17 Hercher.
3) Maenalius deus de Fauno Ov. Fast. IV 650. Maenalius = Arcadius, Arcadia Panis.

μενα ἄδυτα (sc. Cereris): schol. Luc. dial. meretr. II 1 publici iuris factum a Rohdio Mus. Rhen. XXV 548 sqq. cf. Steph. Byz. s. v. *Μίλητος* (ubi locus valde corruptus): *καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλῶνον πίτυος τίθεσθαι* (*νομίζουσιν*? Mein.). Iam satis apparet pinum apud deos chthonios vel eos, qui cum iis concinunt, velut Cybele, aliquam vim habuisse. Fecunditatis signum pinum vel pineam esse in Cereris cultu Luciani scholiasta nobis tradit; num res alias similiter sese habuerit, hic in dubio relinquamus. Addamus tamen, ut consuevimus, locos papyrorum magicarum, ubi pinea vel pinus commemoretur: *στρόβιλοι* Dieterich Pap. mag. I 21/2. Abrax. 170, 1. 11. ib. 204, 2. *στροβίλια* . . . *ζ'* (!) Parth. 127, 245. Memorabilis, si quae modo de pineae vi adnotavimus memineris, locus apud Wess. Neue Gr. ZP. 25,182 sqq. = Ken. 90, 182 sqq.: *πολλὰ β[ιν]εῖν δύνασθαι· στροβίλια πεντήκοντα μετὰ δύο κνά[θ]ων γλυκέος καὶ κόκκους πετέρεος τρίψας πῖε. πίτυς* apparet ib. 174 = Ken. 89, 174. *ῥητίνη* ('Harz') *ἐκ πίτυος* Wess. Gr. ZP. 95, 2970. — De melle in cultu chthonio pauca addenda. Nonnulla cf. p. 45 sub II. De melituttis v. p. 43. De melicrato p. 44. cf. Diels Sib. Bl. p. 71. Mel in magicis: Wess. Gr. ZP. 39, 755; 40, 781; 43, 908; 96, 3004. id. Neue Gr. ZP. 25, 185 = K. 90, 185. Parth. 120, 20; 150, 19. Abrax. 179, 7. *Ἀττικόν* Wess. Neue Gr. ZP. 26, 192 = Ken. 90, 192 (W. false legit). Parthey 120, 6. — Denique attendas per tres dies durare curationem, cf. p. 37, 3.

IV. *λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυῶνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλυριο[ν] συντρῖψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς*. Gallum Aesculapio sacrificatum esse notissimum ex celeberrimo Phaedonis Platonici loco p. 118 A[1]). cf. Herodas IV 12. 16. Artemid. Oneir. V 9. Festus p. 110 M. (gallinae; quae fortasse etiam Amphiarao Oropi offerebantur, cf. p. 42). Plura apud Baethgenum De vi ac significatione galli in religionibus et artibus Graecorum et Romanorum p. 32 sqq.[2]) Vide etiam Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 108. De gallis in mortuorum cultu v. Stengel ib. p. 132 (cf. p. 134). Rohde Psyche[2] I 242 A. Dieterich Abrax. p. 158 adn. Baethgen l. c. p. 23 sqq. Animalia albi coloris in sacrificiis lustrandi causa susceptis mactabantur, Stengel

1) Spectant ad hunc locum patres ecclesiastici, qui non sine indignatione de re ipsa disputant, Tertullian. de an. 1. Lactant. Divin. instit. III 20.

2) Quodsi Baethgenus p. 32 scribit: „*incubationem mane galli cantu finiri non iniuria conicitur*", maxime tibi licebit dubitare, quin hac de causa gallus cum Aesculapii cultu sit coniunctus. — In inscriptione Epidauria nova (Ephem. arch. 1899 p. 1, 5 et p. 2, 23) Latonae Artemidique et Aesculapio *κάλαϊς* (vel *καλαῖς*) iubetur sacrificari, qua sub voce hic gallum illic gallinam intellegendam esse censet Cavvadias p. 5 sqq. Qui tamen putat vocem *κάλαϊς* proprie barbam gallinacei significare (= *τὰ κάλλαια*) itaque partem positam esse pro toto. Secundum Meisteri sententiam *ἁ καλαῖς* (sc. *ὄρνις*) de ipso ave, gallo vel gallina, dicitur (Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1899 phil.-hist. Kl. p. 153). Sexum avis fortasse nihil valere in utroque sacrificio id. existimat p. 154.

l. c. p. 134. Gallum album sacrificabat Pyrrhus rex, cum spleniticos pede dextro sanabat.[1]) Pythagorei gallum album edere vetiti erant.[2]) De gallis in magicis v. Riefs s. v. Abergl. p. 72. Nonnulla apud Dieterichum Pap. mag. p. 785, 3 („*fere semper albi coloris*"). E papyris magicis adnotaverim: Dieterich Pap. mag. I 30. VII 2. Abrax. 171, 13; 181, 15. 16. Wess. Gr. ZP. 80, 2371. *ἀλέκτορες δύο λευκοί* Abrax. 170, 1 (cf. 180, 16). *θύε δὲ λευκὸν ἀλέκτορα ἄσπιλον* ('ohne Flecken') *καὶ ἄλλον ἄφες καὶ περιστερὰν ὁμοίαν* ib. 170, 14sq. *ἀλέκτωρ λευκὸς ἢ ξανθός* Pap. mag. IX 32. *ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν ἀλεκτρυόνος τελείου ὁλολεύκου* Wess. Gr. ZP. 21, 35sq. (cf. 41: *τὸ δὲ αἷμα ἀποδεξάμενος τῇ δεξιᾷ χειρί*). *θύσεις ἀλέκτορα λευκόν, παρακείσθω δὲ κτλ.* ib. 75, 2190sq. *ἔχων ὁλόλευκον ἀλέκτορα καὶ [σ]τρόβιλον, καὶ οἶνον σπένδων* Parth. 152, 73sq. (cf. p. 33/4). — De melle v. sub III, ibidem de tribus curationis diebus. — Itaque ex sanguine et melle *κολλύριον* conterere praecipitur. Illud *κολλύριον* in lexicis sic explicatur: „*Eine dem Teige der κολλύρα* (h. e. genus quoddam panis) *ähnliche Masse, die als Augensalbe gebraucht wurde; übh. Augensalbe.*"[3]) Id quod optime illustratur atque confirmatur papyris magicis: nam eaedem res, quibus unguentum in inscriptione Maffeiana componitur, in papyris occurrunt, ubi praescribitur, quomodo collyria, panum videlicet genus, sint paranda. Legis enim Wess. Gr. ZP. 53, 1315sq.: *οἴνῳ λευκῷ Μενδησίῳ* (cf. p. 45 sub II) *καὶ μέλιτι ἀναλάμβανε*[4]) (sc. quae antecedunt) *καὶ ποίει κολλούρια* (= *κολλύρια*). Vel ib. 87, 2680sqq.: *κόψας ὁμοῦ πάντα ἀναλάμβανε οἴνῳ Μενδησίῳ καὶ μέλιτι, καὶ ποίει κολλύρια κυάμοις ἴσα.* Vides hic illic *μέλι* commemorari, sicut in inscriptione IV. Praeterea attendas verba *κυάμοις ἴσα*; de fabarum significatione cf. p. 15sq. Vide deinde Wess. l. c. 2690sq.: *ἀναλαβὲ ὄξει· ποιήσας κολλούρια σφράγιζε δακτυλίῳ ὁλοσιδήρῳ ὁλοστόμῳ ἔχοντι Ἑκάτην.* Iam dea chthonia apparet aliquo modo cum collyriis coniuncta. Denique inspicias ib. p. 93, 2891sqq., ubi legis haec: *ἀγωγή· πρὸς τὸν ἀστέρα τῆς Ἀφροδίτης ἐπίθυμα· περιστερᾶς λευκῆς αἷμα καὶ στέαρ, ζμύρνη ὠμὴ καὶ ὀπτὴ ἀρτεμισία, ὁμοῦ ποίει κολλούρια καὶ ἐπίθυε κτλ.* Itaque id quod desiderabatur

1) Plut. Pyrrh. 3: *τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν ἀλεκτρυόνα θύων λευκόν, ὑπτίων τε κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον.*

2) Laert. Diog. VIII 1, 34. Suid. s. v. *Πυθαγόρας*. De gallis albis heroibus sacris in Aristophanis 'Heroibus' dictum esse e locis citatis concludi non potest, quia versus e comoedia illa allati non nisi ad escas, quae de mensa in solum ceciderunt, pertinent. Verbis *ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι* pergitur in enumerandis, quas vitare deceat, escis.

3) cf. Isidor. Etymol. IV 9, 10: „*Collyria Latine sonant* (v. l. *Latinum sonat*), *quod vitia oculorum detergant.*" Quantum in oculorum curationibus valuerint collyria, videas e Kuehnii indice Galeniano vol. XX p. 157sq.

4) Videtur esse nostrum 'anmachen', cf. ib. 66, 1836sq.: *ἀναλάμβανε οἴνῳ εὐώδει πάντα ἴσα.*

adhuc, sanguis albi animalis, iam adest; tamen non galli, sed columbae, quia non de Aesculapio agitur, sed de Venere, cui columba sacra sicut Aesculapio gallus. Videntur igitur haec collyria in magicis nec non in cultu chthonio certam quandam exhibuisse vim et significationem.

Nihil ergo relinquitur dubii. Solis luce clarius est omnia inscriptionum tractatarum remedia symbolicam, ut ita dicamus, habere vim in cultu chthoniorum. Qua ex re sequitur in medicina mystica eiusmodi res medendi causa usitatas fuisse, quae cum dis chthoniis aliquo modo cohaererent[1]). Nec mirum, cum ipsi di chthonii praediti fuerint vi medendi. Iam vides, quam arte in cultu illo omnia sint coniuncta. Non decet nos, sicut huius capitis initio monuimus, in ultimas latebras reconditas irrumpere velle, liceat tamen aliquid sensisse.

---

1) Similiter fortasse iudicandum est de iis locis, ubi Aesculapius suillam aegroto commendavisse dicitur. v. Suid. s. v. *Δομνῖνος*. cf. Aristid. II p. 386, 18 Keil. Alexander Abonotichensis (Luc. Alex. 25) pedem suillum edendum esse oraculo praescribit. v. Wess. N. Gr. ZP. 25, 180 sq. = K. 90, 180 sq. (cf. p. 40): *πολλὰ πίνοντα καὶ* (om. W.) *μὴ μεθύειν· χοίρεον πνεύ[μ]ονα ὀπτήσας φάγε*. De sue Aesculapio sacrificata cf. p. 40. De ansere quoque in remediis adhibito haud secus iudicaverim: v. Aristid. p. 390, 4: *στέαρ χήνειον*. ib. p. 423, 24: *ᾠὸν χήνειον*. De ansere cf. p. 42. Sus et anser in remedio coniuncti apud Aristid. p. 404, 14: *πρῶτον μὲν ἧπαρ, οἶμαι, χηνὸς ... ἔπειτα ὕειόν τι ὑπογαστρίον*. — Mirabitur quis, puto, si apud Cael. Aurelian. Morbor. chronic. II 4 p. 130 Haller leget dentibus laboranti oris collutionem adhibendam esse — lacte cum melle. — Pauca addiderim de remedio certe magico, quod vocatur *κοῖφι* vel rectius *κῦφι*. Erat enim secundum Plut. de Is. et Os. 80 p. 383 E compositum e sedecim rebus. Damocratis praeceptum *κῦφι* parando trimetris iambicis compositum v. ap. Galen. de antidotis II t. XIV p. 117 sqq. Kuehn. De *κῦφι* in re medica adhibito v. Puschmann Alexander v. Tralles t. II p. 573; p. 572, 1. ib. p. 475; p. 474, 2. *κοῖφι μετὰ οἴνου* praescribitur Aristidi (382, 30), ubi videtur *κῦφι* legendum esse, praesertim cum exstet varia lectio *κρυφῇ* (<*κυφη*<*κυφι*). De magica huius *κῦφι* significatione v. Hippol. Refut. haeres. IV 28 p. 88, 43 sq. Duncker, ubi de mago quodam dicitur: *εἶτα μάγων Αἰγυπτίων θύσας τὸ καλούμενον κῦφι θυμίαμα κτλ.* Erat enim Aegyptiorum inventum; v. Galen. de compositione medicamentorum secundum locos VIII 7 t. XIII p. 199, 1 Kuehn, ubi explicatur, qua de causa antidotus quaedam nominetur *κυφοειδής* (cf. ib. p. 202, 15): *καὶ γὰρ ὀσμῇ καὶ γεύσει παραπλήσιός ἐστι τῷ κύφει καλουμένῳ πρὸς Αἰγυπτίων, οἵπερ δὴ καὶ πρῶτον συνέθεσάν τε τὸ φάρμακον τοῦτο καὶ χρῶνται θυμιῶντες ἑκάστοτε τοῖς θεοῖς*. cf. Suid. s. v. *κῦφι*: *τοῦτο Μάνεθως ὁ Αἰγύπτιος κατεσκεύαζεν*; v. eundem s. v. *Μάνεθως*: *Μένδης τῆς Αἰγύπτου, ἀρχιερεύς. ἔγραψε περὶ κατασκευῆς Κυφίων*. Praecipue autem velim et hac in re te inspicere papyrorum thesaurum nostrum: Wess. Gr. ZP. 95, 2971/2: *κῦφι θυμιάσας*. ib. 108, 213 sq. = K. 71, 209 sq.: *καὶ ἐπιθύσας ζμύρναν, κοῖφι*. Wess. N. Gr. ZP. 38, 547 sq. = K. 101, 538 sq.: *ἐπιθύων . . . κοῖφι ἱερατικόν* (cf. Galen. de compos. medicam. sec. locos VIII 5 t. XIII p. 184, 2 K.), *ᾧ μεμίχθω κριοῦ ὁλομέλανος ἐγκέφαλος*. Quem locum secutus corrigas Wess. Gr. ZP. 53, 1313 sq., ubi legitur: *κυφι ιερατικος εγκεφαλος κριου μελανος ολος*, in: *κῦφι ἱερατικόν, ἐγκέφαλος κτλ.* (de ariete atro cf. p. 40 sq.). Vides hic quoque formas *κοῖφι* et *κῦφι* inter se alternare (*κοῖφι* etiam apud Athen. II 66 f. Etymol. Magn. p. 524, 18.): sane *οι* et *υ* hoc tempore idem. Si alteram formam ubique restituendam putaveris, *κῦφι* praeposuerim.

Caput III.

De carmine Delphico Euripideo.

Iphigeniae Tauricae Euripideae stasimon tertium (1234—1283), quod in hoc capitulo sumus tractaturi, hymni instar Apollinem canit partum Delphosque ab eo occupatos. Cardo rei in pugna vertitur inter Apollinem Olympium et Terram Matrem de oraculorum sede exorta. Carminis dispositio breviter haec:

I Stropha

1) Apollo Deli in insula nascitur
2) a matre in montem Parnassum portatur
3) Pythonem oraculi chthonii tutorem interficit
4) oraculum occupat

II Antistropha

1) Themis ab oraculo removetur
2) Chthon somniorum phasmata parit
3) Terra Apollinem oraculo privat
4) Iuppiter eum restituit

Pugna illa inter Apollinem et Terram eiusque potentias exorta, quae meo quidem iudicio nil nisi duarum religionum concursum significat, in carmine Euripideo videlicet est distracta. Nam cum consentaneum sit ex uno tantummodo actu illius pugnae, Apollinis scilicet victoria, exiisse fabulas Delphicas de Pythone interfecto traditas, amplificationi posteriori sunt tribuenda ea quidem, quae de duplici Olympiorum victoria proferuntur. Similia etiam alio loco occurrunt: iam de ipso dearum ordine, quae ante Apollinem oraculum possedebant, quam ambigua tradantur, videas ex his:

Aesch. Eumen. 1 sqq.

1) Terra
2) Themis filia eius
3) Phoebe Chthonis filia sine ulla vi inaugurata
4) Phoebus, cui Phoebe tradit oraculum

Hypothesis Pind. Pyth. p. 297 Boeckh

1) Nox
2) Themis

Musaei Eumolpia apud Paus. X 5, 6

1) Terra et Neptunus[1])
2) Themis (tradita Terrae parte)
3) Apollo[2])

1) De Neptuno quid cum oraculo Delphico habuerit, nihil volumus adnotare. Delphi pater nominatur schol. Aesch. Eum. 2 (16). Cum Terra nonnihil commune eum habuisse elucet e Paus. III 25, 4: ante templum in antri similitudinem

Terra igitur, quae ipsa in oraculis suis vaticinari solebat, in potentias suas distrahitur. Phoebe sane ab Aeschylo ipso videtur interposita esse, qua de re iam recte iudicavit Bruhnius in editione Iphigeniae Tauricae (Berlin 1894) p. 155. Nox quomodo cum terra coniungatur facile intellegitur. De Themidis[1]) vi chthonia vide nonnulla apud Ed. Gerhard Das Orakel der Themis (6. Winckelmannsprogramm Berlin 1846) p. 10 n. 42. Welcker Griech. Götterl. I 325, 28. Gerhard l. s. adnotat ex Paus. IX 22, 1 Themidem cum Venere coniunctam esse, addas Paus. II 27, 5, ubi Veneris et Themidis sacrum Epidaurium commemoratur. *Εὔβουλος* Themis nominatur Pind. Ol. 13, 8 Isthm. 7(8), 32, quod cognomen deorum chthoniorum proprium esse constat. Olympiae inter aram Terrae et aram Iovis *Καταιβάτου* Themidis dicitur fuisse ara: Paus. V 14, 10[2]). De Paus. VIII 25, 7 non

---

exstructum summo in Taenaro, ubi aditus patet ad inferos, Neptuni exstabat statua. Terra et Neptunus coniuncti apud Philostr. V. Apoll. VI 41 p. 252, 6 K.: *σεισμῶν δὲ κατασχόντων ποτὲ τὰς ἐν τῷ ἀριστερῷ Ἑλλησπόντῳ πόλεις, Αἰγύπτιοι μὲν καὶ Χαλδαῖοι περὶ αὐτὰς ἠγείροντο ὑπὲρ ξυλλογῆς χρημάτων ὡς δεκαταλάντους θυσίας Γῇ καὶ Ποσειδῶνι θύσοντες.* De terrae et aquae numinibus, quomodo inter se misceantur, vide nunc nonnulla apud Boehlavium 'Schlangenleibige Nymphen' Philol. 1898 p. 513 sqq. — Themis post ipsum Neptunum nominatur apud Hes. Theog. 15 sq.

2) (v. pag. 49.) Themidis pars dono datur Apollini, Neptuno pro sua Calauria insula traditur. cf. schol. Eum. 27.

1) Themis vaticinandi artem invenit: hymn. Orph. 79(78), 3. Diodor V 67, 4. Delphis vaticinatur: h. Orph. l. s. v. 4. Menander *περὶ ἐπιδ.* p. 441, 28 Spengel = p. 147 Bursian. Apollod. I 4, 1, 3. Themist. orat. 24, 305 a. Ov. Met. IV 642. Phoebum vaticinandi artem docet: h. Orph. v. 6. Oraculum Delphicum Pythone interfecto custodit, dum Apollo novem annorum magnorum periodis *ἁγνὸς* factus sit: Plut. de def. or. p. 421 C. Una cum Apolline oraculum instituit: Ephorus apud Strab. IX 3, 11 p. 422. Themis in tripode sedens nomine adscripto in cylice Berolinensi, v. tabulam apud Gerhardium Das Orakel d. Themis. — *μελλόντων θέμιν εὐσεβῆ χρησμοῖς* (sc. *ἐποιχνεῖς*) hymn. Delph. apud Crusium (Die delphischen Hymnen Göttingen 1894) I 14 sq. cf. *προφητεύσοντα . . . θέμιν τοῖς Ἕλλησιν* de Apolline: Himerius orat. XIV 10.

2) *ἐπὶ δὲ τῷ Γαίῳ καλουμένῳ βωμός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ Γῆς, τέφρας καὶ οὗτος· τὰ δὲ ἔτι ἀρχαιότερα καὶ μαντεῖον τῆς Γῆς αὐτόθι εἶναι λέγουσιν. ἐπὶ δὲ τοῦ ὀνομαζομένου Στομίου Θέμιδι ὁ βωμὸς πεποίηται. τοῦ δὲ Καταιβάτου Διὸς προβέβληται μὲν πανταχόθεν πρὸ τοῦ βωμοῦ φράγμα, ἔστι δὲ πρὸς τῷ βωμῷ τῷ ἀπὸ τῆς τέφρας τῷ μεγάλῳ.* Iovem Olympium chthonium initio fuisse probabile est, v. E. Curtius Peloponnes II 53. 110, 55 (cf. Welcker Gr. Götterl. I 324). Olympiae exstabat Pausaniae temporibus ara Iovis *ἐπωνυμίαν Χθονίου* (V 14, 8), cf. ib. V 14, 2. Quod ad locum modo descriptum pertinet, *στόμιον* Trophoniani quoque antri aditus saepissime appellatur, v. inter alia Paus. IX 39, 11. Max. Tyr. diss. 14, 2. schol. Ar. Nub. 508 V. Suid. s. v. *Τροφώνιος*. Apostolius XVII 30 (Paroemiographi II 694). *Καταιβάτου Διὸς*] *Καταβάσιον* nomen oraculi Trophonii schol. Ar. Nub. l. s. Suid. l. s. Apostol. l. s. Quod ad *φράγμα* attinet, *περίβολοι* conferri possunt, alter apud idem oraculum Trophonii (Paus. IX 39, 9), alter in loco sacro, ubi Amphiaraus terra devoratus esse dicebatur, inter Potnias et Thebas (Paus. IX 8, 3).

satis accurate iudicavit Gerhardus, qui dicit l. s. Themidem plane eandem haberi atque Cererem Erinyn. Agitur enim ibidem de Cereris sacro Oncei in Arcadiae oppido sito, cui duae insunt statuae Cereris Erinyos et Cereris Lusias; tamen hanc alteram fuisse dicit Pausanias, quae cum Themide commisceretur[1]), neque vero Cererem Erinyn. Quacum sane nonnihil commune habere Themidem cum l. s. elucet, quo duae illae statuae apparent coniunctae, tum confirmatur memorabili papyri magicae loco (Wess. Gr. ZP. 107, 195), ubi legitur: (*ἐπικαλοῦμαι*) *καὶ Θέμιν καὶ Ἐρίνυν.*

In carmine Euripideo quattuor occurrunt potentiae chthoniae: Terra ipsa (*Γαῖα*), Python, Themis, Chthon, quae hic quidem discernitur a Terra. Pugna inter Apollinem et Terram commissa dispertitur in partes tres: 1) Python interficitur, Themis ab oraculo removetur; 2) victa Terra rebellat superatque Apollinem; 3) Iuppiter eam sedat Apollinemque restituit. Prima parte duae coniunguntur fabulae, quae proprie eandem rem exprimunt, Apollineae scilicet religionis victoriam; id quod, quantum scio, alio loco non reperitur. Illud quoque adnotandum apud Aeschylum et Pausaniam nec minus in primo hymno Delphico Apollinem sine ullo bello Terrae filiabus succedere, in carmine autem Euripideo videlicet vi removeri Themidem[2]). Sequitur parte altera Terrae rebellio. Chthon emittit phasmata sua Apollinis cultui eiusque vaticinandi arti maxime infesta, quae per somnia hominibus appareant atque indicent futurum. Tum ipsa Terra (*Γαῖα*) declarat potestatem suam atque adimit advenae divinandi honores. Monendum atque premendum est non sine causa Terram ipsam — Gaeam — Apollinem vincere; nam illa *παμμήτωρ* inter Olympi adversarios summum obtinet locum, vel potius eos omnes in se continet atque coniungit[3]). Unus denique restat deus maximus optimus Iuppiter,

1) Cereris *Θεσμίας* cuiusdam templum commemoratur apud Pausan. VIII 15, 4.

2) Aliquid simile inest schol. Aesch. Eum. 2: *Πίνδαρός φησι πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα· διὸ καὶ ταρταρῶσαι αὐτὸν ἐζήτει ἡ Γῆ.* Hic quoque Terra contra Apollinem rebellat. Ceteroquin haud secus intellegenda sunt, quae Servius ad Verg. Aen. VI 580 profert: „*et ferunt fabulae Titanas ab* i r a t a *contra deos Terra ad eius ultionem creatos, unde et Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est ab ultione*“. Titanum quoque bellum contra Iovem et Olympum gestum duarum religionum bellum significare putat Welcker Gr. Götterl. I 265 sqq.

3) Itaque refutandi sunt, qui verba *Γαῖα δὲ* v. 1267 mutare volunt. Inter quos Wilamowitzius, qui apud Bruhnium versus inter se respondentes 1242 et 1267 *ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων τὰν — γᾶς εὐνὰς ἔφραζον· γαῖα δὲ* acrius emendabat: priore versu *ὑδάτων* eiectum, *τὰν* in *παγᾶν* variatum, altero pro *ἔφραζον* scriptum *φράζε*, pro *γαῖα — πάλιν*. Id quod concedi non potest. Nam cum per se vix probabile videtur in versibus respondentibus hic illic binas voces mutari, tum eo cautiores hoc loco nos esse decet, quia versus illi, sicut in codicibus sunt exarati, eundem numerum exhibent morarum: 1242 – – – – – ⏑ ⏑ – ⏓ = 8 syllabae longae; 1267 – – – – – – – – ⏑ ⏑ item = 8 syll. longae. Wil. utroque versu unam syllabam longam desecuit. Tamen graviora obstant: v. 1267 vox

qui Terrae iram possit placare. Adit eum puer Apollo; ridet pater, adnuit filiolo, Terrae phasmatis oppressis honores ei reddit: iis temporibus, quibus Iuppiter summus erat deus, fabula de Apollinis pugna Delphica alio modo terminari non potuit[1]).

Cum hymno initio capituli comparavimus carmen Euripideum, quia neque argumento neque forma multum a carminibus hieraticis in dei gloriam compositis videtur differre. Atque iam Bruhnius p. 155 e versibus 1262 sqq.[2]), quippe qui fabulam continerent a sacerdotibus Delphicis fictam, conclusit Euripidem aliquod carmen sacrum Delphicum imitatum esse additque, id quod Wilamowitzius cum eo communicavit, eandem rem indicari metro plane singulari. Nescio an statuen-

---

γαῖα vel rectius *Γαῖα* mutari non potest, quia optime se excipiunt, quae supra legis 1259 sqq.: *Θέμιν δ' ἐπ⟨ε⟩ὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσσατ' Ἀπό⟨λλων⟩ ζαθέων χρηστηρίων*, et quae infra secuntur 1267 sqq.: *Γαῖα δὲ μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός*. *Γαῖα* est Themidis mater neque vero *Χθών*, quam in hoc carmine a Terra discerni iam supra monuimus. Neque Weckleinii stare potest sententia, qui, quamquam textum non attigit, tamen in apparatu pro *Γαῖα δὲ — ἀεὶ* legendum proponit. Ergo *Γαῖα δὲ* retinendum; v. 1267 hoc praebet schema: – – | – – | – – | – ⏑ ⏑. Quocum consentire debet v. 1242; quod haud ita difficile: *μάτηρ* ex *ματέρα* videtur corruptum (cf. Jacobsii et Weilii coniecturas apud Weckleinium), quod apud Bruhnium iam legis in textu, quamquam unde sumpserit non vides, cum in apparatu critico nil adnotet. Illud *ματέρα* si post *τὰν* ponas, legantur haec: *ἀστάκτων ὑδάτων τὰν ματέρα βακχεύουσαν Διονύσῳ Παρνάσιον κορυφάν*. Schema igitur hoc: – – | – ⏕ | – – | – ⏑⏑.

1) Itaque etiam apud Aesch. Eum. 17 sqq. Iuppiter ipse Apollinem Delphis inaugurat: *τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα | ἵζει τέταρτον τοῖσδε μάντιν ἐν θρόνοις· | Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός*. cf. Himer. or. XIV 10 (ex paraphrasi paeanis Alcaei): *ὅτε Ἀπόλλων ἐγένετο, κοσμήσας αὐτὸν ὁ Ζεὺς . . . εἰς Δελφοὺς πέμπει καὶ Κασταλίας νάματα, ἐκεῖθεν προφητεύσοντα δίκην καὶ θέμιν τοῖς Ἕλλησιν*. v. etiam Bulletin de corr. hell. 1894 p. 352, 18 sq.: ὁ] *δὲ* (sc. Apollo) *γέγα | θ', ὅτι [ν]όῳ δε[ξ]άμενος ἀμβρόταν Δ[ιὸς ἐπέγνω φρέν'*.] Cui loco adnotat Weilius p. 354: „*D'après la doctrine de Delphes, Apollon est le confident et l'interprête de la pensée de Zeus*".

2) *νύχια Χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων, οἳ πολέσι⟨ν⟩ μερόπων τά τε πρῶτα* (v. de his verbis infra!) *τά τ' ἔπειθ' ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν ὕπνου κατὰ δνοφερὰς γᾶς εὐνὰς ἔφραζον*. Negat Bruhnius his versibus incubationem indicari ante Apollinis adventum usitatam, quae est Rohdii sententia (cf. Psyche^{2} II 58, 1). Id quidem certum exstitisse olim Delphis oraculum chthonium neque intellego Stengelium, qui hoc quoque ambiguum esse putet (Kultusalt.^{2} p. 64). — Ad verba *τά τε πρῶτα* Bruhnius hoc adnotat: „*'das, was zuerst bevorsteht' erklärt man, als liesse sich ein Begriff wie 'bevorstehend' so beliebig ergänzen. Gewiss ist die Stelle korrupt.*" Illud 'bevorstehend' non opus est 'ut lubet' supplere, cum in textu ipso legatur; verba *ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν* non tantum ad *τά τ' ἔπειθ'* pertinent, sed etiam ad antecedentia *τά τε πρῶτα* (sc. *ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν*). Bruhnii coniectura legendum esse *τά τ' ἐόντα* (secundum Eur. Hel. 13 sq. [cf. Il. A 70]) supervacanea mihi videtur nec minus quod Weckleinius proponit: *ἃ πέπρωτο*. Est enim hoc Graecae linguae proprium partibus exprimere rem. — Ceterum cum re ipsa fortasse conferre licet, quae legis apud Philostr. V. Apoll. VIII 7 p. 314, 20 K.: *θεοὶ μὲν γὰρ μελλόντων, ἄνθρωποι δὲ γιγνομένων, σοφοὶ δὲ προσιόντων αἰσθάνονται*.

dum sit poetam eiusmodi carmen hieraticum ante oculos habuisse, cum scriberet; hoc satis certum iisdem non tantum fabulis sed etiam formulis dicendi eum usum esse, quibus fabulae illae in celeberrimis dei festis etiam atque etiam populo Graeco nuntiabantur. Non mirum fuerit, si eiusmodi res Euripidis memoria servaverit. Atque profecto si carmen Euripideum conferas cum carminibus Delphicis sacris, eluceat inesse quandam similitudinem. Sequatur tabula rerum atque verborum, quae hic illic inveniuntur.

Eurip. Iph. Taur.	Hymni Delphici.
1234. *εὔπαις ὁ Λατοῦς*[1]) *γόνος.*	*Λατοῦς σεμνὸν ἄγαλμα* I 6. *γένναν* [*αὐτάν τ' ἐ*]*πε*[*υχαῖς σε, Λ*]*ατ*[*οῖ κλεΐζωμεν*] II A 11. *Φοῖβον ὃν ἔτικτε Λ*[*ατώ*] III 6. *Λατοῦς ἐρατογ*[*λέφαρε παῖ*] Bull. corr. hell. 1894 p. 352, 27.
1237. *χρυσοκόμαν*[2]) (*Φοῖβον*).	*Φοῖβον . . . . χρυσεοκόμαν* II B 4/5.
1238. *ἐν κιθάρᾳ σοφὸν.*	*κιθαρί*]*σει κλυτὸν* II A 2.
1240 sq. *ἀπὸ δειράδος*[3]) *εἰναλίας λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ'.*	*λιπὼγ Κυνθίαν νᾶσον ἐ*[*πέβα θεὸ*]*ς πρω*[*τό*]*καρπογ κλυτὰν Ἀτθίδ' ἐπὶ γαλ*[*όφῳ πρῶνι*] *Τριτωνίδος* Bull. l. s. 14 sq. cf. Aesch. Eum. 9 sq.: *λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα, κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος.*
1243. *βακχεύουσαν Διονύσῳ* (*Παρνάσιον κορυφάν*).	*Βρόμιος* I 37. cf. Aesch. Eum. 24. *ἀπταίστους Βάκχου* [*θιάσους αἰεὶ σώζε*]*τε* IV 11 sq. *Βάκχου μέγας θυρσοπλὴξ* [*ἑσμὸς ἱ*]*ερὸς* Bull. 21.
1244. *Παρνάσιον κορυφάν.*	*Παρνασσοῦ γυάλων* I 41. *ἀνὰ δικόρυνβα Παρνασσίδος τᾶσδε πετέρας ἕδρανα* II B 5 sq.

1) *„Leto neben ihrem Sohne anzurufen, ist Herkommen in den Apollinischen Hymnen, von dem 'Prooimion' des blinden Sängers von Chios bis zu den attischen Dramatikern und den Orphika"* Crusius Die delph. Hymnen p. 37.

2) *„Χρυσοκόμας (— μης) ist ein gewöhnliches Beiwort des Gottes in der höheren Lyrik, bei Pindar Euripides Aristophanes (s. Bruchmann Epitheta deorum p. 35)"* Crusius l. s. p. 41.

3) *Φοῖβον ὃν ἔτικτε Λ*[*ατὼ πέτρᾳ Δηλίᾳ*] supplet Crusius p. 71 III 6. cf. eundem p. 73: *„Auf die felsige Natur der Insel pflegen die Geburtslegenden seit dem homerischen Hymnus ständig hinzuweisen."*

Eurip. Iph. Taur.	Hymni Delphici.
	ἐπὶ .... Παρνασσίαν δικόρυφον III 2 sq.
	βαῖν' ἐπὶ....[τάνδε Παρ]να[σσίαν δειράδα Bull. 23 sq.
	cf. Aesch. Eum. 11: ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησοῦ θ' ἕδρας.
1245. ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων.	αἰόλον ἑλικτὰν [φυάν] II A 7.
1247 sq. (δράκων) ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον.	τρ]ίποδα μαντεῖον .... [ὃν ἐφρ]ούρει δράκων II A 5 sq. μαντεῖον ἐφέπων πάγον II B 9.
1251. ἔκανες.	ἔπεφνες Bull. 28.
1253 sqq. τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ μαντείας βροτοῖς θεσφάτων ⟨ν⟩έμων ἀδύτων ὕπο.	ἀπὸ τριπόδων θεοκτήτων χλωρότομον δάφναν σείων μαντοσύναν ἐποιχνεῖς, ἰὴ ἰὲ Παιάν, φρικώεντος ἐξ ἀδύτου I 9 sqq. τρ]ίποδα μαντεῖον II A 5. χρησμῳδὸν ὃς ἔχεις τρίποδα Bull. 22 sq.
1255. μαντείας βροτοῖς (ἀναφαίνων).	πᾶσι θνατοῖς προφαίνει[ς] (sc. futura) II A 4.
1257. Κασταλίας ῥεέθρων γείτων.	εὐδρόσοισι Κασταλίας να[σ]μοῖς σὸν δέμας ἐξαβρύνων I 42 sqq. Κασταλίδος εὐύδρου νάματ' ἐπινίσεται II B 7 sq.
1259 sq. Θέμιν δ' ἐπεὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσσατ' Ἀπό⟨λλων⟩.	πείσας Γαῖαν ἀνθοτρόφον Θέμιν τ(ε) εὐπλόκαμον θεὰν ⟨αἰ⟩ὲν εὐλιβάνους ἕδρας ἔχεις ὢ ἰὲ Παιάν I 21 sqq.
1259 sq. Γᾶς ... παῖδ' (de Themide).	παῖδα γ[ᾶς] (de Pythone) Bull. 28.

Ex hymnis sacris Euripidem quodam modo pendere hac tabula satis clarescit. Attendendum, quod antistropha ineunte consensus deficit: iam supra diximus antistropham continere amplificationem posteriori aetati tribuendam; nihil, quod quidem ad argumentum attinet, desideraretur, si stropha extrema terminaretur carmen.

Aliud memorabile exstat; ad v. 1237 adnotavit Bruhnius: „Φοῖβον *hat vielleicht derselbe 'Gelehrte' beigeschrieben, der 1255 ἀναφαίνων als Ersatz des für ihn in ἐμῶν entstellten νέμων interpolierte*“. Id quod etiam verisimilius fit, si inspicias in tabula nostra quae cum versibus illis composita sunt. Erat enim re vera 'vir doctus', qui iuxta χρυσοκόμαν epitheton Phoebi desideravit nomen cuique in supplendo versu

1255 verbi *φαίνειν* compositum, *προφαίνειν* verbo simile, in mentem venerat.

Denique Eumenidum locos nonnullos adscripsi, qui cum rebus allatis consentirent. Nam etiam apud Aeschylum similia inveniri consentaneum est. Imprimis versus 20 sqq. Eumenidum plane congruunt cum nonnullis versibus hymni I, quos, quamquam rem iam attigit Crusius (D. delph. Hymnen p. 26), ut commode conferri possint, componam.

Aesch. Eum. 20 sqq.	Hymnus I.
τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς.	25 sqq. *ὅθεν Τριτογενῆ Προναίαν ἐμ μαντείοις*(?) *ἁ[γ]ίοις σέβων κτλ.*
Παλλὰς Προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται.	(cf. *Παλλὰς* v. 19 et III 9.)
σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα κοίλη … *Βρόμιος ἔχει τὸν χῶρον …*	33 sqq. *δωροῦνται δέ σ(ε) ἀθάνατοι Ποσειδῶν ἁγνοῖς δαπέδοις, Νύμφαι Κωρυκίοισιν ἄντροις, ἰὴ ἰὲ Παιάν, τριετέσιν φαναῖς Βρόμιος.*
— —	
Πλειστοῦ τε πηγὰς καὶ Ποσειδῶνος κράτος καλοῦσα καὶ τέλειον ὕψιστον Δία.	7. *Ζηνὸς ὑψίστου* (sc. *ἄγαλμα*).

Itaque ex his quoque, quae attulimus in hoc capitulo, ut sunt pauca, ita elucet, quantum in Graeci populi vita valuerint Delphi atque omnia, quae cum hoc nomine coniungantur, nec mirum hoc loco Apollinem eum factum esse deum, „*cui reliqui di concessissent, ut praeter ceteros divinaret*" [1]).

---

1) Cic. Tuscul. I 47, 114. Exempli gratia cf. Eur. Ion. v. 407 sq., ubi Xuthus de Trophonio, quem ante Apollinem consuluerat, dicit: *οὐκ ἠξίωσε τοῦ θεοῦ προλαμβάνειν μαντεύμαθ'*. Vel Paus. VII 5, 3, ubi Smyrnaei quos Alexander Magnus in Pagum montem traducere per insomnium a Nemesibus iussus est (cf. supra p. 7 adn.) Clarium consulunt Apollinem, qui assentitur. Iis locis, quibus Apollo cum oraculis per somnum vaticinantibus concurrit, fere daemones vel deos chthonios sub potestatem suam redigit, id quod significatur, cum di illi Apollinis filii nominantur. Trophonius Apollinis filius: Paus. IX 37, 5. Philostr. V. Apoll. VIII 19, p. 335, 12. cf. O. Müller Orchom. u. d. Minyer² p. 143. Trophonii oraculum ex Apollinis monitu detegitur, Paus. IX 40, 1. 2. schol. Ar. Nub. 508 III. Trophonius et Agamedes propter templum Delphis aedificatum (cf. supra p. 19 adn.) vaticinandi donum recipiunt, Cosmas ad Greg. Naz. carm. 64 Migne Patr. gr. t. 38 p. 513 = Spicilegium Romanum ed. Ang. Mai t. II p. 184. Amphiaraus Apollinis filius: Hygin. fab. 128 p. 111, 24 Schmidt. „*tripodum comes et pius artis alumnus aetheriae*" (Apollinis verba) Stat. Theb. VI 378 sq. *ἀνιεὶς τὴν κεφαλὴν 'Απόλλωνι* Philostr. Im. I 27 p. 332, 23. Croesi dona in Apollinis Ismenii templo collocata Herod. I 52.

Caput IV.

De incubatione christiana.

Erwinus Rohde nos docuit, qua ratione intellegendae sint fabulae de vita ac morte illorum deorum chthoniorum, qui in cavernis subterraneis habitantes divinandi facultatem per somnia mortalibus praebebant, non exstincti revera, immo ipsis oraculis neque vero solis oraculis viventes quodammodo atque potentes. Epici Graecorum poetae, in quorum carminibus Olympii regnant dei hilari splendore fulgentes, horribiles atras terrae emanationes intellegere non potuerunt. Itaque cum eiusmodi daemones eorumque cultus praeteriri ab iis non possent, facta illa sibi oblata cum fabulis suis studuerunt conectere: di chthonii in homines convertebantur, quibus post ipsam vitam praeclare peractam divini honores tribuerentur, ex hominibus semidei fiebant — heroes, qui mortem non oppetierunt, sed in aeternum ut viverent, sub terram sunt remoti.[1])

Amphilochus Apollinis *γνήσιος*: Tzetz. ad Lycophr. 440. Idem Apollinis *Δηραίνου κύων* Lyc. 440 + Tzetz. Quod apud Strab. XIV 5, 17 p. 676 legitur ex Hesiodo haustum Amphilochum ab Apolline Solis interfectum esse, declarat hic quoque in religionum concursu similia accidisse atque Delphis. Mopsus filius Apollinis: Strab. XIV 5, 16 p. 675. Tzetz. Lyc. 439. ib. 440 (*Δηραίνου κύων* sicut Amphilochus. Lyc. 440 + Tzetz.). Conon. narr. 6. Clem. Alex. Str. I 21 § 134 saepius. Clarii Apollinis oraculum matre mortua accipit, Conon. l. s. Hemithea cum Apolline coniungitur Diod. V 62 (cf. p. 40, 3). Etiam oneirocritici Telmissenses ab Apolline originem ducebant. cf. Odofr. Müller Dorier[2] I 218. Neque hoc satis fuit: postremis temporibus Apollo ipse oracula chthonia occupavisse videtur. In scholio Nicandr. Theriac. 614 inveniuntur haec: *Ὀρόπεια γὰρ πόλις Βοιωτίας, ὅπου διασημότατον ἱερὸν Ἀπόλλωνος.* (cf. Eutecnii metaphrasin ad 604—19 p. 350 S.: *παρ' Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν τῷ Ὠρωπῷ.*) Tamen eo loco non nisi Amphiarai sacrum clarum exstabat. Apollinis nomen in prima arae illius magnae parte inscriptum fuisse sane est notum, Paus. I 34, 3; sed de ampliore cultu eius nihil traditur, nedum de Amphiarai sacro occupato. Nihilo minus illam scholii Nicandrei notam iam non licet neglegere, cum inspicias Steph. Byz. s. v. *Τεγύρα* p. 611, 3 sqq. Enumerantur hic quidem ea loca, quibus Apollo natus esse tradebatur, tum pergitur hoc modo: *Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι* (sc. Apollinis), '*τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἄβαις λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ* (sc. *γένεσιν*?).' Apollo Lebadeae sacrum habebat (Paus. IX 39, 4) eique inter alios deos sacrificabatur ante descensum instituendum (ib. 39, 5). E loco citato sequitur exstitisse opinionem quandam de Apolline oraculi cuiusdam Trophonii Lebadeensis possessore, quamquam verba illa apud ipsum Callisthenem (h. e. Alexandri Magni temporibus) vix legebantur, sed postea interposita esse videntur. (Apollo Trophonius responderet ex. gr. Apollini Sarpedonio, de quo v. infra p. 101.) Scholii Nicandrei et Stephani Byzantii notae inter se aliquid addunt lucis. — De incubatione ipsa in Apollinis templo Romae usitata conferas, quae supra adnotavimus in capite altero p. 32, 1. cf. p. 33, 1.

1) cf. imprimis Psyche[2] I p. 123.

Christianorum quoque religio habebat atque habet suos semideos, suos heroas: sanctos scilicet martyresque. Hi quoque sunt homines propter eximias virtutes christianas, propter vitam Deo dicatam, propter fidem morte signatam divinitatem quandam nacti; hi quoque adorantur, his quoque vota nuncupantur et solvuntur, hi quoque habent suum cultum.

Quorum sanctorum quanta fuerit usque ad nostram aetatem vis medendi neminem fugit. In sacris eorum aegroti curantur, pariunt steriles, mortui reviviscunt. Medii aevi scripta innumerabilibus repleta sunt miraculis in Dei martyrumque gloriam pervulgatis. Sunt tamen nonnulli ex illorum sanctorum numero, qui imprimis vi quadam salutifera excellant, quorum in templis continuo versabatur permagna aegrotantium caterva. Horum miracula qui perlustrabit videbitque per somnium apparere martyres ut aegrotis remedia indicent vel statim eos sanent, primo sentiet obtutu veterem paganorum statuendam esse incubationem, quae nil nisi vestem mutaverit. Quam incubationem ut ita dicam christianam etsi, qui de incubatione adhuc scripserunt, hic illic paucis attigerunt, tamen singuli tantum loci ad hanc rem qui spectant sunt protracti. Nimirum ignoscant mihi viri docti imprimis theologi, si quae testimonia praetermiserim, cum praesertim in hoc capite quasi peregrinando aliorum fines ingrediar; spero tamen gravissima a me esse collecta, quae quidem ss. Cosmae et Damiani, ss. Cyri et Ioannis, s. Theclae, s. Therapontis insunt miraculis.[1]) Nec non in his martyribus tractandis eruere studui, num forte quo modo cum cultibus Graecorum deorum cohaererent, per incubationem scilicet sanitatem praebentium; qua in re me aliquid spero indagasse. Verum antequam illos sanctos adeamus, quorum in actis uberior manat fons quibusque de Michaele archangelo non nulla praemittemus Mauryi commentationem ingeniosissimam secuti, ea incubationis christianae testimonia proferemus, quibus hic illic dissipatis res singulae neque tamen quae commemorentur indignae traduntur.

Gregorius Magnus in dialogis (III 38) Redemti Ferentinae civitatis quae est in Latio episcopi visionem refert: ille enim „*quadam die dum parochias suas ex more circuiret, pervenit ad ecclesiam beati Eutychii martyris. advesperascente autem die stratum fieri sibi iuxta sepulcrum martyris voluit atque ibi post laborem quievit: cum nocte media, ut asserebat, nec dormiebat nec perfecte vigilare poterat*[2]), *sed depressus, ut solet, somno gravabatur quodam pondere vigilans animus; atque ante eum idem beatus martyr Eutychius adstitit*[3])

---

1) Non nulla e schedis suis benignissime mihi tradidit Usenerus, cuius consilio omnino valde me adiutum esse grato profiteor animo.

2) De hac condicione inter somniandum ac vigilandum pendente cf. p. 4.

3) Quod Graece ἐπέστη, cf. p. 11.

dicens: Redemte, vigilas? cui respondit: vigilo. qui ait: finis venit universae carnis." Quibus verbis bis repetitis „*visio martyris, quae mentis eius oculis apparebat, evanuit.*"

Beda in historia ecclesiastica gentis Anglorum II 6 de Petro refert apostolo, qui noctu Laurentio archiepiscopo visus est: „*cum vero et Laurentius . . . Brittaniam esset relicturus, iussit ipsa sibi nocte in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli . . . stratum parari; in quo, cum post multas preces ac lacrimas ad Dominum pro statu ecclesiae fusas ad quiescendum membra posuisset atque obdormisset, apparuit ei beatissimus apostolorum princeps*" e. q. s.

E quibus exemplis duobus concluseris non solum de remediis indicandis incubatum esse, sed ut martyres in rerum discrimine consulerentur; attendendum locis allatis de clericis agi, qui hoc modo de rebus ecclesiasticis fortasse saepius a sanctis suis consilium petiverunt. Tamen consentaneum est longe praevalere aegrotorum visitationes.

In Actis sanctorum febr. III p. 470 nonnulla enarrantur miracula apud tumulum sancti Letardi facta, inter quae leguntur haec: (6) „*paralyticus quidam cum ad tumbam eius cum lacrymis opem imploraret, sopore depresso adstitit pius pater, quid velit . . . quaerens*" e. q. s. Aegrotus videlicet curatur per incubationem. Letardus ille episcopus Silvanectensis sepultus erat „*in porticu s. Martini intra ecclesiam beatorum apostolorum Petri et Pauli*" Cantabrigensem (cf. A. s. p. 469, 5), quam Augustino auctore ab Aedilberto aedificatam Laurentius Augustini successor anno 613 consecravit (Beda I 33 A. s. l. s.). Non casu factum esse putamus, quod in eadem ecclesia idem Laurentius per incubationem Petrum apostolum consuluit, id quod modo adnotavimus. Adiciendum videtur ecclesiam illam eximiam habuisse auctoritatem, sepeliebantur enim in ea Cantiae reges et episcopi Cantabrigenses, inter quos ipse Augustinus (Beda l. s.).

Stephanus III pontifex maximus refert apud memoriam s. Dionysii (Lutetiae) dormienti sibi sanitatem fuisse restitutam.[1])

1) cf. Dehnium in notis ad Cosmae et Damiani miracula apud Wangnereckium Syntagma historicum . . . de sanctis anargyris Cosma et Damiano Viennae 1660 p. XXXVI (ad mir. XX). Non adnotat Dehnius, quo ex fonte hauserit rem, neque vero in quinque Stephani epistulis (v. Bouquet Recueil des Historiens de la France V 537 sqq.) simile quidquam inveni. In Revelatione Stephani Papae II (Mansi Concil. t. XII p. 556 sq.) s. Dionysius sane in visione illi apparet, tamen de curatione per somnum facta nil dicitur. Stephanus II idem ac III. — Ceterum quod Dehnius l. s. de s. Martino papa affert, non ad incubationem pertinet. Sane quae leguntur in eius papae epistula XV Migne Patr. lat. t. 87 p. 200 C: „*ego itaque ante altare ecclesiae lectulum meum habebam in quo iacebam; et nondum transacta media hora ecce exercitus cum eis veniens in ecclesiam*" e. q. s., incubationem sapiunt, praesertim cum idem p. 200 B de se ipso dicat: „*ego vero ipse graviter infirmus eram.*" Tamen res

Apud Medardi episcopi sepulcrum, quod in Suessionum urbe (hodie Soissons) exstabat[1]), incubationem usitatam fuisse testatur Venant. Fortun. II 16, 143 sq. Mon. Germ. auct. IV 1 p. 48: „*vocibus hunc* (caecum) *medicis monuisti tempore somni,* | *tenderet ut velox ad tua templa gradum.*“ Adit aegrotus martyris aulam et (v. 150 sq.) „*per biduum recubans ante sepulchra*[2]) *fuit;* | *tertia lux rediens nocturnas solverat umbras*“.

Noviomagi (hodie Noyon) s. Eligii sepulcrum miraculis floruit. Vita eius cum alia nobis praebet tum haec (II 51 Migne t. 87 p. 578 A): „*quaędam namque femina muta et caeca ad sepulcrum sancti Eligii fuit quondam oblata; quae cum diu ibidem orbata et sine loquela de caelo exspectaret medelam, sopore tandem depressa somno sua concessit membra. et ecce repente dum quiesceret visum est astitisse sanctum Eligium atque oculos eiusdem mulcendo tetigisse, cultellum etiam vel forcipem in specie medici manu gestans compedes linguae eius leniter abscidisse. et ex hoc continuo expergefacta . . . sana facta . . . regressa est ad propriam villam.*“ Exspectatur videlicet somnium, itaque statuenda incubatio.

Turonorum in urbe s. Martinum per somnium apparuisse e duobus elucet testimoniis apud Gregorium eiusdem urbis episcopum servatis. Alterum legitur de virtut. s. Iuliani 47 Mon. Germ. scr. r. M. I 2 p. 583, 7: „*mulier erat a nativitate caeca, quae se exhiberi a parentibus ad beati Martini tumulum deprecata est. ubi cum venisset, prostrata per triduum ad cancellos, qui ante sepulchrum sancti antistitis habentur*

---

aliter sese habet; nam narrat s. Martinus se cum clero in ecclesiam confugisse, cum Calliopas exarchus urbem intrasset. v. p. 199 C: „*igitur ut scias qualiter sublatus et ductus sim a Romana urbe, nil falsum audies accidentium. omnia praescivi per totum tempus, quae meditabantur; et sumpto meipso cum omni clero meo, privatim mansi in ecclesia Salvatoris nostri Iesu Christi, quae cognominatur Constantiniana . . . illic enim omnes nos seorsum morabamur a die sabbati, quando Calliopas cum Ravennati exercitu et Theodoro cubiculario introivit civitatem*“. Nimirum cum in ecclesia moraretur papa, ibidem ei erat dormiendum. — Alterum testimonium ad incubationis usum false relatum, quod tamen apud eos, qui de incubatione scripserunt, saepius occurrit, Prudentii exhibet versus (Apotheosis 186, nonnumquam false ex Hamartigenia citatus): „*ecquis in idolio recubans inter sacra mille*“. Quae verba ad epistulam priorem Corinthiis missam spectant (8, 10): *ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλίῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν*; ubi *κατακείμενον* = ‘accumbentem’, „*id est epulantem more Graeco*“, Hugo Grotius ad locum.

1) cf. [Venantii Fortunati] vitam s. Medardi 12 (29) M. G. auct. IV 2 p. 71.

2) cf. ib. pag. superiore v. 111 sq. de paralytica: „*tempore sed tardo est, cum iam spes fracta iaceret, ante tuos tumulos vivificata manus*“; vel ib. v. 137 sq. de femina item paralytica manu: „*commendata tuo rediit medicata sepulchro: quod de matre perit, de tumulo recipit.*“ Id quod ea nempe re explicatur, quod e martyrum sepulcro, in quo ipsi quasi habitantes cogitabantur, imprimis vim salutiferam exire putabant.

extrinsecus, responsum accepit per somnium dicente sibi sancto viro: 'si lumen recipere desideras, require basilicam sancti Iuliani'" e. q. s. Alterum de virtut. s. Martini II 4 M. G. p. 611, 5: Veranus quidam *„positus . . ad pedes pretiosissimi domni, cum per quinque dies ibidem iaceret immobilis, die sexta sopore conpremitur. et obdormiens visum est ei, tamquam si in lectulo solitus sit homo pede extendere. expergefactus autem sanus ab omni debilitate surrexit."*

Iam paulo plura traduntur de s. Maximino Trevirensi.[1]) Successit ille Agricio in episcopatu Trevirensi electus circa annum 332, vixit in ea dignitate sub imperio Constantini Magni eiusque filiorum, mortuus est circa annum 349 (cf. A. s. p. 19 C). Corpus eius in monasterio conditum erat prope urbem Trevirensem sito, quod a Constantino Magno constructum esse tradebatur et in honorem s. Ioannis Evangelistae ab Agricio est consecratum (cf. A. s. p. 19 B). *„Illud monasterium postmodum sub s. Maximini nomine celeberrimum mansit . . . ac miraculis divinitus patratis clarum."* (v. ib.; cf. A. s. p. 20 F: *„est apud urbem Trevericam in suburbano s. Maximinus magnus cum Domino populi illius advocatus, ad cuius tumulum saepe cernuntur miracula gloriosa"*.)

Narrantur cum alia tum hoc de Carolo Martello Maximini ope sanato miraculum (p. 24 A sq.): *„ipse Princeps magnis constrictus febribus ad ultimum pene deducitur diem. tunc s. Maximinus in visu apparens* (scil. domi) *dixit illi: . . . perge mane ad sepulcrum meum ibique sanaberis continuo . . . cumque ibidem delatus fuisset* (Carolus), *sopore depressus vidit iterum beatum Maximinum in visu dicentem sibi . . . cumque a somno surrexisset, invenit se potentissimum virtute corporis."* — De viro quodam pede laborante v. p. 30 D: *„tertiae noctis medio . . . transmisso . . . in tenuissimum resolutus soporem ad modicum, mox Maximinum videt prope assistere."* Qui remedio indicato *„disparuit. tunc ille somno suo excussus"* e. q. s. — Alter caecus a Petro apostolo, qui astitit ei, ad civitatem Trevirorum missus *„inclinans se ad tumulum . . . absque mora videre meruit"* p. 23 D. — Femina quaedam *„ipsa nocte veniens ad sanctum eius sepulcrum et prosternens se in oratione confestim sanata est"* ib. F. — Duae mulieres a daemone maligno obsessae *„iubentur in cryptam ante sancti sepulcrum pertrahi. ubi cum sine mora obdormivissent,... evigilantes crudeli hospite caruerunt"* p. 26 F. cf. p. 27 A/B, ubi agitur de viro a daemone obsesso, qui in monachi cuiusdam brachiis in ipso monasterio *„obdormiens sub ipsa somni quiete diri agitatoris inquietudine liberatus est"*. Maximinus etiam extra sacrum suum hominibus qui eum adorant apparet. Sic p. 24 D Ibbo quidam Frisiorum generis procella in mari exorta sex navibus ante oculos demersis cum

1) cf. Acta sanct. mai. t. VII p. 19—36.

nautis adorare refertur Maximinum, quo facto (E) „*statim . . . virum intuitus est* *splendidum* (cf. p. 10sq.) *veluti sol ante navem supra mare euntem*". — Punit Maximinus, id quod Aesculapii iamata Epidauria in mentem revocare potest, obtrectatores suos. Itaque vir, qui servum appellavit sanctum, in sphaerae formam contrahitur; deinde „*ante sanctum altare deponitur . . . sanitas . . . redditur*" p. 27 F. Presbyter, qui super tumulum Maximini peieraverat, paulo post moritur, ib. p. 21 A. Denique in fine collocemus historiam delectabilem, quomodo sanctus Gisilbertum ducem, qui monasterii fratres „*intolerabili afflictione*" depressit, castigaverit (p. 28 B): fratres „*consilium in hunc modum restaurant, scilicet ad Regem regum Maximino patrocinante suum orando referre negotium. quod cum aliquandiu haud segniter ageretur, quadam nocte venerabilis Maximinus in visione duci quiescenti supervenit . . . latera ac scapulas flagellis caedendo liventes reddit statimque disparuit*(C)."

In Italia superiore incubandi usum usque ad saeculum decimum sextum perdurasse testatur Georgius Fabricius, qui in commentario in poetarum veterum ecclesiasticorum christiana opera p. 72 A s. v. incubatio dicit „*Patavii certa nocte in divi Antonii adolescentes et puellas rusticanas incubare, eo coenobio, quo nullum aliud ea urbe frequentius*". Videtur non nullius esse momenti, quod idem Antonius apud pontifices morbis mederi dicitur, cf. Vink Amoenitates philologico-medicae p. 73. Ad Latium i. e. mediam Italiam pertinent, quae supra p. 57sq. de Redemti Ferentinae civitatis episcopi visione protulimus. In Romana ecclesia circa annum 220 incubationem fuisse usitatissimam ex Hippolyti canonibus[1]) apparet, ubi leguntur haec (XXIV 221 p. 123): „*qui autem propriam domum habet, quando infirmatur, non transferatur in domum Dei, sed oret tantummodo, tunc redeat in domum suam*". Quae contra incubandi videlicet usum sunt constituta, cf. Achelis p. 208.

Multis locis Italiae inferioris etiam nostra aetate incubari adnotat Trede Das Heidentum in der römischen Kirche IV p. 177. In clarissimo Matris Domini sacro prope urbem Nocera sito per somnum homines divino fruuntur consilio (ib.). Similia in Calabria observari possunt: die octavo septembris, cum Madonnae di Pessoruto celebratur festum, ii, qui se incubaturos esse voverunt, somnia a numine illo exspectant. Francavillae quoque talia fiunt, cf. ib. p. 178.

In orientem deducit nos Gregorii Turonensis locus (in glor. mart. 99 Mon. Germ. p. 554): Iudaeus quidam sancti Domitii basilicam in

---

1) Die Canones Hippolyti von Hans Achelis, Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur VI 4. — Quam ad regionem canones illi pertineant, v. p. 236; de aetate cf. p. 266 sq. — Locum mihi amabiliter suppeditavit Ioannes Bauer theologus Marpurgensis.

Syria quae esse dicitur (cf. l. s. vv. 16 et 7) adit (21) „*seque ad ianuam atrii deponi praecipiens, indignum se esse vociferans, qui sanctum limen ingrederetur . . . adveniente nocte obdormivit; sed martyr beatus . . . ea nocte visitans aegrotum per somnium iussit recedere sanum. at ille expergefactus sentit se redditum incolomitati . . . sanus abscessit.*“

Neque vero nostrae aetatis Graeci morem vetustum destituerunt. Le Bas (Voyages en Grèce et en Asie Mineure Rev. arch. I [1844] p. 283 sq.) in monasterio Maritzano mulierem observavit, quae ante ecclesiae altare stratum fecerat, ut noctu per somnum, quo filiolum aegrotum posset sanare, remedium a Panagia sibi indicaretur. Similia G. Perrot rettulit de Lesbo, cf. Vercoutre Rev. arch. VII (1886) p. 123.

Nonnulla B. Schmidtius quoque in libro suo, qui „*Das Volksleben der Neugriechen*“ inscribitur, contulit: Arachnobae sancti noctu de caelo in ecclesias suas descendere atque aegrotos, si boni sunt, per somnum morbis liberare creduntur (p. 77 sq.). Ad Parnassum sunt, qui se ipsos sancto monasterii cuiusdam dicent; eiusmodi homines vitam suam in monasterio illo degunt, labores in usum communem suscipiunt, morbis vero cum corripiuntur noctu sub effigie sancti dormiunt (p. 74). Accidit ut aegroti duos vel tres dies noctesque in ecclesia iaceant prostrati (p. 78). Membrorum, quibus laborabant infirmi, effigies sanitate recuperata dicantur (p. 70), id quod in Asclepieis olim fieri solebat. Aquae sacratae (*ἁγιάσματα*), quae antiquis quoque temporibus multum valebant, magnam praestant vim et saepe adhibentur; inveniuntur igitur prope ipsas ecclesias (p. 79) sicut cum Aesculapii aliorumque deorum salutarium templis coniunctae esse solebant.

Itaque, ut testimonia supra allata complectamur, incubatio christiana usitata fuit vel est his in regionibus: Britannia (Cantabrigium), Gallia (Lutetia, Suessionum urbs [Soissons], Noviomagus [Noyon], Turonorum, Trevirorum urbes), Italia superior (Patavium), media (Latium), inferior (Nocera, Calabria), Syria, Graecia (diversis locis).

Quae inter testimonia eos tantum recipere potui locos, quibus eluceret profecto sanctorum in sacris somnia exspectari, qui de morbis curandis vel de aliis rebus consulerentur. Inveniuntur enim cum aliorum in scriptis tum apud Gregorium Turonensem permulta miracula, de quibus, etiamsi primo obtutu ad incubationem spectare videantur, tamen aliter est iudicandum. Inspicias ex. gr. Venantii Fortunati vitam s. Germani LV (148) Mon. Germ. auct. IV 2 p. 23: „*item cum ad basilicam beatissimorum Gervasi et Protasi vigilaturus accederet, quidam caecus institit misericordiam postolare. cui vir Dei praecepit inter altare* (= altaris) *sanctorum reliquias ut iaceret. quo peracto primo diluculo mox super oculos signum crucis intulit, lux effulsit. et totus labor medici*

curam virtute crucis inpendit." Hoc quidem consentaneum esse videtur veteris incubationis perlucere vestigia, ubi iacere iubetur aegrotus, nec non iacere illud certe aliquam exhibet significationem, tamen curatio ipsa non somno efficitur, sed crucis signo a s. Germano illato. Similiter iudicandum est de caeco, qui ad s. Martini lectulum prostratus nocte lacrimis et orationibus peracta „*lumen videre promeruit*", Gregor. Tur. de virt. s. Martini II 19 M. G. p. 616. Vigilat enim per totam noctem aegrotus neque vero de somno quidquam dicitur. Vel ib. III 8 p. 634 conferas, ubi infans mortuum a matre ante altare depositum mane invenitur vivum.

Alteram miraculorum seriem brevibus attingere oportet. Saepissime legimus aegrotos sanitatem recuperavisse in vigiliis. Praecipue festis sanctorum undique confluebant christiani, ut orando vigilandoque patronum suum celebrarent, atque hoc tempore permulta fiebant miracula curabanturque infirmi. Qua in re haud raro accidit, ut corpore vigiliis defesso mane obdormiant aegroti, quo facto contingit, ut per somnum iis appareant martyres. Cum vero eiusmodi somnia non de industria expetantur, immo ipsis vigiliis neglectis veniant, per se constat hic de incubatione dici non posse. Huc igitur referenda sunt talia, qualia legis apud Gregor. Tur. de virt. s. Iuliani 9 p. 568, 21 de Fedamia quadam muliere, „*quae dum in porticu illa, quae sanctae basilicae* (Iuliani) *coniungitur, decubaret noctem dominicam, dum sacrosanctis vigiliis populi fides devota concelebrat, et illa quiescens lectulo paululum obdormisset, a viro quodam per visum correpta atque increpita est dicente sibi, cur reliquis excubias nocturnas Deo exhibentibus illa deesset. respondit se ab omni membrorum parte debilem nec penitus gressum agere posse. tunc quasi sustentata a viro qui loquebatur ei et ad sepulchrum usque deducta, dum in sopore fundit orationem, visum est ei, quasi multitudo catenarum ab eius membris solo decidere. a quo etiam sonitu expergefacta sensit omnium artuum recepisse plenissimam sanitatem.*" Apparet mulierem non somniandi causa advenisse. Conferre liceat, quae exhibet idem Greg. Tur. in glor. mart. 5 p. 490 sq.: Chrodigildis puella caeca in monasterio s. Crucis Pictaviensis „*ante sanctam prosternitur arcam; ibique cum reliquis sanctaemonialibus vigilias explicans dato mane hisdem discedentibus prostrata solo in eodem loco quievit, apparuitque ei per visum, quasi aperiret aliquis oculos eius, et unum sanitati redditum, dum cum alio laboraret, subito ad ostii reserati sonum expergefacta unius oculi lumen recepit. quod non ambigitur haec per crucis virtutem fuisse praestitum.*" Itaque vigiliis expletis ceteri discedunt, puella illa defessa remanet; per visum curatur, tamen ab incubationis testimoniis hoc non nihil differre quis non videt. Id quod etiam clarius perspici potest, cum legis quae apud Greg. Tur. de virt. s. Martini II 26 p. 619, 3 de Piolo clerico Condatensi muto narrantur. Qui „*ad beati* (sc. Martini) *pedes vigilare dispo-*

suit. transacto autem tempore mediae noctis obdormivit. qui cum nescio quid per visum periculi cerneret, pavore conterritus in hac voce primum os obseratum aperuit: 'domne Martine, libera me!' et sic erumpens ab ore et faucibus eius sanguis auditum pariter eloquiumque recepit." Invitus igitur obdormivit aegrotus. Quocum non pugnat, quod in eodem sacro s. Martini incubationem usitatam fuisse e duobus aliis miraculis a Gregorio relatis supra (p. 59 sq.) conclusimus: eodem tempore utrumque miraculorum genus florere potuit. Sic etiam apud Eligium, de quo p. 59 egimus, in vigiliis homines curabantur, cf. eius vitam II 79 Migne t. 87 p. 591 B: „*quotidie undique aegri veniunt et ibi excubantes sanantur*". cf. ib. II 72 p. 588 A. Somnium et vigilia quodammodo coniunguntur apud Greg. Tur. de virt. s. Mart. II 31 p. 620, ubi de muliere agitur manibus ac pedibus contracta; cuius pedes et altera manus a sancto domi per somnum viso curantur, altera vero per vigiliam in basilica ipsa, quo somnio admonita se contulit. Cum de vigiliis agamus, non praetermiserim s. Fidis commemorare miracula Conchis in monasterio eius facta;[1]) hic quoque vigilando sanitatem accipiunt infirmi. Vide pro multis mir. 9 p. 36: „*mulier quaedam vidua inter caeteros peregrinos, qui de diversis partibus eo confluxerant, pro salute filiae caecae ibidem pernoctabat. cui filiae una cum matre vigilanti lumen quod amiserat in prima vigilia noctis sanctae Fidis virtute reparatur integerrime.*" Similia et in Fidei et in aliorum sanctorum miraculis ubique inveniri possunt neque idoneum existimo cumulare exempla. Acriter igitur uno quoque loco inquirendum est, utrum statuenda sit incubatio necne. Sensit difficultatem istam Marignan, qui in libello suo 'La médecine dans l'église au sixième siècle' inscripto p. 13, 4 haec dicit: „*Grégoire de Tours et les vies des saints contemporaines ne distinguent pas les songes que le malade peut avoir, éveillé ou endormi. Il ne fait aucune mention particulière de ceux qu'on a pendant la nuit et de ceux qui arrivent vers le matin et qui, dans l'antiquité, étaient considérés comme toujours vrais.*" Hoc quidem dicere posse nobis videmur etiam in vigiliis illis, cum per noctem sanctorum in templis versaretur christianorum multitudo, similes valere cogitationes atque in incubatione antiqua. Cum vero corpus aegroti vigiliis concitatum somno capiebatur et sancti imago salutifera apparebat, re ipsa nullum intererat discrimen; nam vigiliae illae eundem exhibebant effectum, quem qui in deorum Graecorum templis incubabant certis ritibus comparare studebant.

His praemissis cum ad graviora trahamur, primo loco nobis dicendum est de Michaele archangelo.

---

1) v. Liber miraculorum sancte Fidis publié par A. Bouillet Paris 1897.

1. Michael.

Incubationem paganam a Michaele sub veste christiana continuari iam a Rohdio Psyche² I p. 187 adnotatum. In Aegypto cultum archangeli maxime floruisse invenias apud Luekenium Michael p. 70 (Göttingen 1898). Aegrotis in ecclesiam suam deportatis media nocte apparebat tangendoque eos curabat (E. Amélineau Contes et romans de l'Égypte chrétienne I 73 sq. 78. Les dix merveilles de l'Archange Michel 4. 6. cf. Lueken l. s.). Alii oleo sanabantur, de lampade quod sumptum erat sacra ante Michaelis effigiem ardente (Contes p. 75. 80. Les dix merv. 5. 7. v. ib. p. 46/7. cf. Lueken p. 71). Nec non in Phrygia colebatur, imprimis Colossis et Hierapoli, cuius urbis nummi Aesculapium exhibent et Hygieam (Lueken. p. 78). Nostra aetate Michaelem venerantur apud montem Sant' Angelo sub Gargano in specu, ubi olim fortasse Calchas oracula praebebat (Lenormant, à travers l'Apulie et la Lucanie Paris 1883 I p. 61. cf. Rohde Psyche² I 187 adn.). Eodem loco Henrico II imperatori Germanorum cum angelis suis visum esse legis in Monum. Germ. scriptor. IV p. 818 (cf. Lueken p. 99).

Celeberrimum autem sacrum, ubi Michael per somnum infirmis mederi solebat, erat Sosthenium prope Byzantium situm. Michaelium sacrum illud appellabatur, *καθότι πεπίστευται ἐνθάδε ἐπιφαίνεσθαι Μιχαὴλ τὸν θεῖον ἀρχάγγελον . . . οἱ μὲν γὰρ περιπετείαις δειναῖς ἢ κινδύνοις ἀφύκτοις, οἱ δὲ νόσοις ἢ πάθεσιν ἀγνώστοις περιπεσόντες, εὐξάμενοι ἐνταῦθα τῷ Θεῷ ἀπαλλαγὴν εὑρήκασιν τῶν συμφορῶν* Sozomenus Hist. eccl. II 3 Migne t. 67 p. 940 C. cf. Nicephor. Callist. Eccl. hist. VII 50 Migne t. 145 p. 1329 A: *πεποίηκε δὲ αὐτὸ* (sc. sacrum) *μάλιστα ἐκφανέστατον ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιφανείαις ὁ ἀρχιστράτηγος. οὐδεὶς γὰρ περιπετείᾳ δεινῇ ἢ ἀφύκτῳ κινδύνῳ ἢ πάθει ἀγνώστῳ ἢ καὶ ἀνιάτοις νόσοις περιπεσὼν ἐνταῦθα εὐξάμενος τῷ Θεῷ οὐκ ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὴν ἀπαλλαγὴν εὕρατο. ἀκριβῶς καὶ γὰρ πεπίστευται ἐνθάδε ἐπιφαίνεσθαι Μιχαὴλ τὸν θεῖον ἀρχάγγελον καὶ ἰάσιμον τὸν χῶρον ποιεῖν. οὗ χάριν καὶ Μιχαήλιον ὁ τόπος τοῖς ἀρχαίοις ὠνόμαστο.*

Apud Sozomenum l. s. nobis servata est Aquilini cuiusdam, qui eruptionibus laborabat, curatio: (941 A) *ἠπόρει πρὸς τὸ πάθος ἡ τῶν ἰατρῶν τέχνη.*[1]) *καὶ ἤδη ἡμιθανὴς ὢν παρεκελεύσατο τοῖς οἰκείοις φέρειν αὐτὸν εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον ἰσχυρισάμενος ἢ αὐτόθι ἀποθανεῖσθαι, ἢ τῆς νόσου ἀπαλλαγήσεσθαι. κειμένῳ δὲ ἐνθάδε νύκτωρ ἐπιφανεῖσα θεία δύναμις προσέταξε τὰ ἐσθιόμενα πόματι βάπτειν τοιούτῳ, ὃ σύνθετον ἐκ μέλιτος καὶ οἴνου καὶ πεπέρεως ἀναμιγνυμένων ἅμα τὴν κατασκευὴν ἔχει. ὃ δὴ τῆς νόσου ἀπήλλαξε τὸν ἄνθρωπον· καίτοιγε*

1) Hoc multimodis variatum paene omnium curationum mirabilium initio legi potest.

τοῖς ἰατροῖς κατὰ λόγον τῆς τέχνης ἐναντίον ἐδόκει παθήμασι κτλ. Quae commentario non egent. Hoc tantum, quod ad remedium attinet, velim adnotare: mel et vinum etiam in inscriptionibus Maffeianis occurrere, de quibus v. p. 44 sqq. Piper Italicum praecipitur ab Aesculapio in inscriptione Lebenia a Baunackio publici iuris facta in Philol. 1889 p. 402 v. 10. πέπερι λευκόν in magicis, v. Wess. Gr. ZP. p. 53, 1309 sq.; cf. id. N. Gr. ZP. 25, 184. 185 = Kenyon Greek Papyri 90, 184. 185. Nec non medicorum sententiam velim attendas.

Probianus medicus pedibus laborans in Michaelio sanatus simul visione divina de Christi crucis vi est edoctus, v. Sozom. p. 941 B: θεία προφανεῖσα ὄψις ἔδειξέ τι σταυροῦ σύμβολον κτλ. cf. Niceph. Call. l. s. C.

Tradit fabula sacrum illud a Constantino adornatum ac Michaelis nomine appellatum esse, quia eo loco per somnum imperatori visus esset ipse archangelus, cum ille statuam ipsius contemplatus, quid valeret nescius, per incubationem videlicet rem comperire voluisset. v. Ioann. Malal. 4 p. 79, 4 ed. Bonn.: καὶ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῷ τόπῳ καὶ τῷ κτίσματι καὶ εὐξάμενος γνῶναι ποίας ἐστὶ δυνάμεως ἀγγέλου τὸ ἐκτύπωμα παρεκοιμήθη τῷ τόπῳ. καὶ ἀκούσας ἐν ὁράματι τὸ ὄνομα τῆς δυνάμεως . . . ἐπωνόμασε τὸ εὐκτήριον . . . τοῦ ἁγίου ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. cf. Nic. Call. l. s. A: ἐπεὶ δὲ καὶ ὕπνου ἐκάλει καιρός, ἐπιστᾶσα ὄψις εἰς ἐμφέρειαν τοῦ ἀγάλματος (cf. p. 9)· ἐγώ εἰμι, ἔλεγεν, οὐτωσὶ (l. οὑτοσὶ) Μιχαὴλ κτλ.

De Sosthenio optime egit Alfredus Maury in Rev. arch. VI (1849) p. 144 sqq.; accedunt quae idem vir doctus de re eadem in tomo sequenti VII (1850) p. 257—59 addidit. Quamquam in singulis non desunt, quae refutes, tamen, quod maximum, probavit Maury Michaelis archangeli cultum veteris Graecorum dei medici venerationem referre.

Statua illa a Constantino in Sosthenio conspecta cum templo ipso ab Argonautis in eius rei memoriam condita esse tradebatur, quod magno in periculo visione caelesti ad pugnandum admoniti Amycum regem vicissent.[1]) Consentaneum est ipsam statuam ansam exhibuisse fabulae aetiologicae de Argonautis componendae (cf. Maury p. 150). Atque sagacissime coniecit Maury habitum statuae, quae quidem secundum Malalam angelum praebuit monachi vestem indutum[2]), fortasse ad deum medicum velut Telesphorum esse referendum, cuius effigies cum monachi christiani habitu profecto nonnihil concinit[3]); accedit nomen Sosthenium, quod deum σωτῆρα indicat.

1) v. Cedren. hist. compend. Migne t. 121 p. 244 B. Malal. l. s. p. 78.

2) Idem numen in cista Ficoroniana recognovit Panofka Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1851 phil.-hist. Kl. p. 116 sqq.

3) „*Cette image vêtue d'un costume de moine, dans laquelle Constantin reconnut un ange . . ., était peut-être quelque divinité médicale ou cabirique,*

Tum vero huius dei templum ab Argonautis exstructum esse dicitur, itaque cum Iasonis nomine artissime coniungitur; Iason autem idem atque Iasion, conferenda Iaso Aesculapii (vel Amphiarai) filia.[1]) Quocum denique congruit Constantinum in Sosthenio, quid angeli illius statua valeret, comperire voluisse per incubationem, qua quidem Graeci in deorum medicorum templis utebantur, ut sanitatis recuperandae causa eos consulerent (cf. Maury p. 150 sq.).

Hactenus ut sequi licet Mauryum, ita quod ad deum ipsum a Graecis in Sosthenio cultum attinet ab eo discedendum nobis videtur. Censet enim ille Apollinem Iasonium[2]), cui Cyzici sacrum dicasse Argonautas tradit schol. in Apollon. Rhod. I 966, in Sosthenio quoque advocatum esse, quod quomodo factum sit neque ipse satis clare perspexisse videtur neque vero alius quisquam intellegere potest, etiamsi p. 158 iam legatur: „*Le malade qui invoquait Apollon Iasonius, comme celui qui priait saint Michel*“ e. q. s. Tamen fieri non potest, ut hoc loco accuratius Mauryi sententiam explicemus. Itidem sunt refutanda, quae t. VII (1850) e Polyb. IV 39, 6 conclusit; legimus enim eo loco, quo Bosporus cum Ponto coniungitur, situm esse *τὸ καλούμενον Ἱερόν, ἐφ' οὗ τόπου φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς· ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπιεῖον τῆς Θρᾴκης*. Deliberat Maury fere hoc modo: secundum Polybium templum ab Argonautis exstructum situm est in parte dextera Bospori, Sosthenium autem secundum Sozomenum in laeva. Ergo sunt diversa. Templum Argonautarum fortasse idem atque ecclesia s. Michaelis Asiatica; hic igitur colebatur ille Apollo Iasonius. Fabulae quae de Argonautis ferebantur aetate posteriore in Sosthenium translatae sunt, id quod eo facilius fieri potuit, quia hoc quoque loco colebatur deus medicus — Sarapis (v. Polyb. l. s.). Quae tamen conclusiones omni carent fundamento, cum apud Polybium plane nihil

---

telle que Télesphore, dont le costume rappelle en effet à certains égards le costume d'un moine chrétien.“ Ex hac potissimum vestis forma Ziehenius Athen. Mitth. 1892 p. 241 conclusit incubationis daemonem esse Telesphorum: „*Telesphorus . . . Incubationsdämon . . ., in dem* (legitur '*denen*') *das Incubationswesen mit allem, was drum und dran hängt, seine weitgehendste Ausgestaltung fand.*“ Id quod Usenero quodammodo probavit, qui tamen monuit nomen ipsum, Pausaniae testimonium (II 11, 7), lapidem Casselanum (Kaibel Epigr. gr. 1027) non nisi salutiferum indicare deum; cf. Götternamen p. 171. Ziehenii sententia confirmari videtur monumento quodam Romae in Conservatorum quae dicitur domo servato. Dicit enim mihi Dieterich ibidem Telesphori statuam se vidisse parvulam, qui corpore porrecto capite manu altera fulto dormientis exhiberet speciem. — Monumenta locosque ad Telesphorum pertinentes composuit Schenk De Telesphoro deo Gotting. 1888.

1) De Iasone — deo medico eiusque rei vestigiis vide Usenerum Götternamen p. 156 sqq.

2) De quo vide Usenerum l. s. p. 156.

dicatur de templo exstructo, ne iam id attendam, quod ibidem Iason e Colchide reversus sacrificium duodecim instaurat dis, cum fabula supra commemorata ad iter in Colchidem faciendum pertineat. Itaque stant, quae tomo antecedenti explanavit Maury. De Apolline autem Iasonio nec minus de Sarapide, etiamsi cum Sosthenio ipso vix cohaereant, hoc tamen animadvertendum est non nullius esse momenti, quod eiusmodi dei medici in iis ipsis regionibus nobis occurrunt, quibus etiam illud Michaelis templum est situm. Quis fuerit deus Sosthenii non nisi conici potest; fortasse *Σωσθένης* quidam[1]), quae est sententia cum aliorum tum Useneri (Götternamen p. 362); ceterum haud ita multum interest indagari nomen, cum res satis sit perspicua. Diffusius de Mauryi explanationibus egimus, quia non indignae nobis videntur, quae accuratius attendantur.[2]) Quomodo martyr vel sanctus christianus daemonis ethnici locum occupet, mox exemplis certis declarabimus: propterea haec volui praemittere.

2. Cosmas et Damianus.

Tria in menaeis discernuntur paria horum fratrum, primum: Cosmas et Damianus Asiatici, alterum: Romani, tertium: Arabes.[3]) Primi Cosmas et Damianus Asiatici filii erant mulieris piae ac fidelis nomine Theodotae, mortui sunt sine ulla vi, sepulti loco vocato Phereman.[4]) Alteri Romani Romae habitantes imperatore Carino per dolum in montem adducti lapidibus sunt necati.[5]) Tertii Arabes per omnes migrabant urbes, infirmos curabant, Christi nomen nuntiabant; Diocletiani et Maximiani temporibus interfecti sunt Aegis Ciliciae.[6])

Consentaneum est a principio non nisi unum par martyrum exstitisse, quod postea in tria paria distractum est.

Cosmam et Damianum per incubationem curasse homines elucet vel e Gregorio Turonensi in glor. mart. 97 Mon. Germ. p. 553 sq.: „*duo vero gemini, Cosmas scilicet et Damianus, arte medici*[7]) . . . *si quis infirmus ad eorum sepulchrum fide plenus oraverit, statim adipiscitur medicinam. referunt etiam plerique apparere eos per visum languentibus et quid faciant indicare; quod cum fecerint, sani discedunt . . . cuncti fideliter deprecantes sani discesserunt.*"

1) Cuius nomen Malalae verbis non inest (p. 78, 19): *καλέσαντες τὸν αὐτὸν τόπον ἢ τὸ ἱερὸν αὐτὸ Σωσθένην, διότι ἐκεῖ φυγόντες ἐσώθησαν*; nam pro *Σωσθένην* legendum est *Σωσθένιον*.

2) Quodsi Panofka l. s. p. 117 adn. Mauryi conclusionibus enumeratis ironice exclamat '*sapienti sat*', nescio num ipse sapiens fuerit.

3) cf. Wangnereckii Syntagma (v. p. 58, 1) p. 2 sq.

4) Quod idem ac Pharma Aegypti urbs, v. Dehnii praefat. p. XI sq.

5) Wangn. l. s.; cf. Malal. 12 p. 304 sqq. ed. B.; Wangn. p. 254 sq.

6) ib.; cf. p. 276 sq.; Acta sanct. sept. t. VII p. 438, 56; 470, 4; 472, 10.

7) De hac re iam recte iudicavit Maury Rev. arch. VI (1849) p. 161 adn. 87: „*il paraît certain que cette science médicale qu'on leur supposait, n'avait pas*

De Cosma Damianoque Asiaticis et Romanis pauca nobis traduntur quae huc spectant; brevissime ea perlustremus:

Asiatici. Medici erant: πάσης δὲ ἐπιστήμης ἐν πείρᾳ γενόμενοι ταῖς λοιπαῖς χαίρειν εἰπόντες τὴν ἰατρείαν τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἠσπάσαντο. θεραπεύοντες πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνον ἐπικουροῦντες ἀλλὰ καὶ κτήνεσι Wangn. p. 4 sq. A sancto Spiritu scientiam suam didicerunt: ἐδιδάχθησάν τε ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην W. p. 6 sq.; cf. p. 24. Templa eorum repleta erant aegrotantibus: καὶ τούτων οἱ σεπτοὶ ναοὶ ἰατρεῖα καθίστανται ἀκεσώδινα . . . πάντες γὰρ . . . νοσούντων καὶ θεραπευομένων ὁρῶνται κατάπλεοι W. 94. Omnibus hominibus magna cum misericordia adstiterunt: παρ' ἑκάστοις γὰρ ἐφίστανται συμπαθέστατα W. 90. Agricolae cuidam vigili apparuerunt: παραστάντες ὕπαρ τῷ γεωργῷ W. 60.

Romani. Medici erant: ἰατροὶ γὰρ ὑπάρχοντες τῇ τέχνῃ . . . εἴτε οὖν ἐπ' ἀνθρώπους, εἴτε ἐπὶ ἄλογα ζῶα ἐπετίθουν . . . τὰς ἑαυτῶν χεῖρας W. p. 230. ἦσαν γὰρ ἰατροὶ τὴν ἐπιστήμην Malal. 12 p. 304, 15 ed. Bonn. Vivi etiam Carinum imperatorem curaverunt: εἰσηνέχθησαν οἱ ἅγιοι τῷ βασιλεῖ ἐν νυκτὶ καὶ αὐτοὶ ἰάσαντο αὐτὸν διὰ τῆς ἰδίας προσευχῆς Malal. 305, 12. Nocturna illa visitatio e nocturnis martyrum visionibus est derivata, quarum, quod quidem ad Romam attinet, testimonium exstat in Actis sanct. l. s. p. 461, 187: „*in hac ecclesia* (Romana) *quidam vir sanctus dictis martyribus serviebat, cui iam crus totum consumpserat cancer unum. et ecce dormiente illo sancti Cosmas et Damianus apparuerunt unguenta et ferramenta secum ferentes*“ e. q. s.[1])

Id quod iam ex his quae modo protulimus elucet: in Cosmae et Damiani sacris incubationem usitatam fuisse, etiam magis clarescet, cum illius sanctorum paris miracula perlustrabimus, quod ex Arabia originem duxisse putabatur. Quae nunc adeamus[2]):

---

d'autre origine que leur apparition aux malades.“ — Machaones nostri nominantur ss. Cosmas et Damianus Act. sanct. sept. t. VII p. 454, 143. — „*Unter allen christlichen Ärzten des kirchlichen Altertums sind die Brüder C. und D. die bekanntesten*“, Harnack Medicinisches aus der ältesten Kirchengeschichte p. 12. Medici qui a Cosma nomen duxerunt Inscr. G. S. et I. 1788. 2406, 3. cf. Harnack p. 13, 2.

1) Sequitur mera fabula, de qua actorum quoque editores adnotant (p. 462, 188): „*difficulter credent critici etiam moderati.*“ Quousque mens aberrare potuerit, intellegere licet e 189 sq. inspectis.

2) Leguntur miracula Cosmae et Damiani Arabum apud Wangnereckium p. 302—542 e codice Vaticano edita. Quibuscum maxima congruit eorum pars miraculorum, quae exhibent Act. sanct. sept. t. VII; pauca hinc accedunt. Praeterea mihi est sub manibus miraculorum, quae in codice Vindobonensi hist. gr. V (olim XIX) sunt servata, exemplar, quod Useneri qui ipse descripsit debeo benignitati. Insunt 1) mir. 20 cum prooemio p. 452—462 W. 2) miraculum unum, quod deest apud Wangnereckium cuiusque initii versionem Latinam Reinoldus Dehnius in notis ad C. et D. miracula p. XXXIII sq. cum nobis com-

Sacrum martyrum nominatur *σηκός* mir. 6 p. 336; 9, 348[1]); 20, 458[2]); 23, 478; 24, 484; 27, 496. *ναός* p. 518. 522. *ὑπηρέται τοῦ ἐνδόξου τῶν ἁγίων οἴκου* commemorantur 3, 326; *διακονικόν*, quod diaconorum videtur esse conclave 10, 358. Prope sacrum erant balnea: presbyter paralyticus *φανερῶς διαγενομένων ἡμερῶν ἠβουλήθη ἐπὶ λοετρὸν ἐλθεῖν τὸ λεγόμενον ἰαματικόν, τὸ ὂν ἐν Συκαῖς. καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ οἴκου τῶν ἁγίων . . . ὑπὸ τὸν ὄρθρον φθάνει κατά τι ἰαματικὸν τῶν ἐνταῦθα πριβάτων . . . πείθουσιν αὐτὸν εἰσελθεῖν ἐν τῷ ἐνταῦθα ἰαματικῷ λοετρῷ. βασταχθεὶς οὖν εἰσῆλθεν εἰς τοὺς καλουμένους θόλους κτλ.* 12, 386 sq. Attendas Epidauri quoque in Asclepieo tholum esse effossam.

Magnus erat numerus aegrotorum, qui in martyrum templo versabantur: *πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων ἰάσεων γινομένων ὁσημέραι εἰς τοὺς λοιποὺς κατακειμένους ἀσθενεῖς* 1, 306. *ἀνελλειπής ἐστιν ἡ τῶν ἀσθενούντων ἐν τῇ θαυμαστῇ αὐτῶν ταύτῃ σκηνῇ προσεδρία*[3]) 4, 330. Praecipue ad pervigilium celebrandum homines undique concurrebant atque intra se qua ratione sanati essent narrabant: *τοῦ γὰρ λαοῦ συντρέχοντος ἐν*[4]) *τῇ κατ' ἔθος γινομένῃ ἐκεῖσε παννυχίδι σαββάτου ἐπιφώσκοντος οἱ τῆς παρ' αὐτῶν τυχόντες ἰάσεως ὅπως ἔτυχον ἔλεγον* p. 454.

Paene semper in morbo describendo medici nihil dicuntur effecisse[5]), velut ex. gr. 19, 442: *ὥστε καὶ τοὺς ἰατροὺς πάντας ἡττηθῆναι ὑπὸ τοῦ νοσήματος.*

Martyres apparent dormientibus per somnum: *ἐπιλαβομένης τε τῆς νυκτὸς καὶ βαθύτατον ὕπνον διατελοῦντος αὐτοῦ οἱ μεγάλοι . . . ἅγιοι . . . τὴν τῶν λοιπῶν ἀρρώστων συνήθη ἐπίσκεψιν ποιούμενοι φθάνουσι καὶ πρὸς τὸν τόπον τοῦ ὑδεριῶντος* 1, 312. *φανέντες γὰρ*

---

municavit; cf. Acta sanct. p. 460, 176. 3) mirr. 9—11 p. 346—384 W. hoc ordine: 11. 9. 10. Martyrum invocatio, qua terminatur mir. 10, in cod. Vind. est amplificata. Variae huius codicis lectiones, seu accipiendae videntur seu refutandae, suis locis adnotabuntur.

1) *οἴκῳ* pro *σηκῷ* praebet Vindobonensis.

2) *οἶκον* Vind.

3) cf. 18, 422; 28, 510. *ἀνὴρ ἔχων ἔνδον τῆς κοιλίης ἀπόστημα προσήδρευεν τοῖς ἐνδόξοις τούτοις καὶ φοβεροῖς ἰατροῖς* 5, 332. cf. *προσεδρεύων δὲ τῷ οἴκῳ τῶν ἁγίων* 4, 328. *προσεδρεύων ἦν τοῖς ἁγίοις* 17, 414. *προσήδρευε* in Cyri et Ioannis miraculis 28, 3505 B. cf. *παρεδρεύοντες* ib. 48, 3601 C. Itidem *προσεδρεύων τῷ θεῷ* (sc. Aesculapio) de Salvio consule, v. supra p. 9. — Ceteroquin cum de sacris medicinae causa frequentatis agatur, errorem correxerim Welckeri, qui de templo Aesculapii Atheniensi scribit haec (Kl. Schr. III 89): *„der* (sc. *der Tempel*) *nach einer Stelle zu schliefsen in Athen damals nicht sehr besucht war.“* Adnotatur Ar. Plut. v. 664 sq.: *ἦσαν δέ τινες κἄλλοι δεόμενοι τοῦ θεοῦ; εἷς μέν γε Νεοκλείδης.* Tamen v. 667 secuntur *ἕτεροί τε πολλοί!*

4) Pro *ἐν — ἐπιφώσκοντος* Vind. exhibet haec: *καθ' ἑκάστην ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτῶν οἴκῳ.*

5) cf. supra p. 65, 1.

ἐν νυκτὶ λέγουσιν 3, 322. *φαίνονται ἐν νυκτί* 6, 336. *φανέντες αὐτῇ ἐν ὀπτασίᾳ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῖς προστάττουσιν αὐτῇ κτλ.* 8, 344. Paganus quidam obsecrat Iesum Christum *ἀξιῶσαι αὐτὸν ὀπτασίας τινὸς . . . εἰσῆλθεν εἰς τὸν εἰωθότα τόπον τοῦ ἀγαγόντος αὐτὸν ἐνταῦθα φίλου αὐτοῦ, ἐν ᾧ κατὰ παρασκευὴν καὶ*[1]) *ἐκάθευδεν* 10, 358. *καθεύδων ἐν τῷ συνήθει τόπῳ τοῦ βαπτιστηρίου . . . τεθέαται*[2]) *ἐν ὀπτασίᾳ* ib. 360. *ἐν ταύτῃ*[3]) *τῇ ὀπτασίᾳ φανέντες αὐτῷ . . . οἱ ἅγιοι* ib. 362. *ἐν ἑαυτῷ δὲ μετὰ τὸν ὕπνον γενόμενος ὁ τὴν φοβερὰν*[4]) *ὀπτασίαν Ἕλλην θεασάμενος*[5]) *καὶ πάντων ὧν ἴδεν καὶ ἤκουσεν*[6]) *ὑπὸ τῶν ἁγίων μνησθείς κτλ.* ib. 364. *ἐπιστάντες αὐτῷ τῇ ἐπιούσῃ νυκτί* 11, 370. *ἐπιλαβομένης γὰρ νυκτὸς ἐπιστάντες τῇ κλίνῃ αὐτῆς λέγουσιν . . . γυνὴ μετὰ τὸν ὕπνον ἀναστᾶσα . . . φθασάσης γὰρ ἑτέρας νυκτὸς ἐπιστάντες οἱ τοῦ Χριστοῦ θεράποντες . . . τῆς δὲ ἐν ὀπτασίᾳ ὀσφρανθείσης κτλ.* 16, 404 sqq. *φαίνονται αὐτῷ ἐν νυκτὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτοῖς* 18, 440. *ἐπιστάντες . . . οἱ ἅγιοι καθ' ὕπνον* 23, 474. *ἐπιστάντες αὐτῇ ἐκ δευτέρου τῇ ἐπιούσῃ νυκτί* 27, 504. *ὕπνῳ κατενεχθεὶς θεωρεῖ τοὺς ἁγίους* (e cod. Vindob.).

ἐφίστασθαι martyres saepius dicuntur (cf. supra p. 11): *μηδεμιᾶς ἐπιστασίας αὐτῷ . . . γενομένης* 1, 306. *τῶν δὲ ἁγίων . . . αὐτῷ ἐπιστάντων* ib. 312. *ἐπιστάντες αὐτῇ* 2, 316. *οἵτινες φαντασίαν φασὶν καὶ οὐκ ἐπιστασίαν τῶν ἁγίων λέγοντες εἶναι* ib. 318. *ἐπιστάντες αὐτῷ* 11, 370. *ἐκ τρίτου*[7]) *ἐπιστάντες αὐτῷ* ib. *ἐπιστάντες τῇ κλίνῃ* 16, 404. *ἐπιστάντες* ib. 406. *ἀηδίαν τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτῶν ἐκούφισαν* 18, 440. *ἐπιστάντες τῷ ἀνδρί* 23, 474. *ἐπιστάντες αὐτῇ* 27, 504.

Interdum sancti non ipsi aegroto remedium indicant, sed alteri personae, quae in eodem templo dormiat[8]): *φαίνονται ἐν νυκτί, οὐ*

---

1) *καὶ* om. Vind. 2) *ὡς εἴρηται* add. Vind. 3) *αὐτῇ* Vind.
4) *ταύτην* add. Vind. 5) *θεασάμενος Ἕλλην* Vind.
6) cf. Paus. IX 39, 11. Plut. de gen. Socr. 21 p. 590 B. Max. Tyr. diss. 14, 2. (v. p. 10.)
7) *πάλιν* add. Vind.
8) Ex iamatis Epidauriis huc pertinet nr. 80 I Baun. = 2, 1 sqq. Cavv. Exempla ex Aristidis orationibus sacris collegit Baumgart Aelius Aristides p. 100. Commemorari hoc loco potest historia miraculosa de Phalysio et Anyta a Pausania opere extremo (X 38, 13) enarrata. Phalysius Naupactius oculis laborat. Anyta Epidauri somniat se a deo cum epistola signata Naupactum mitti. Statim expergiscitur (*ὕπαρ μέντοι ἦν αὐτίκα*; cf. Pind. Ol. XIII 66 sq. de Bellerophonte, qui a Polyide monitus [v. 76] in Athenae Hippiae ara dormiverat Corinthi: *ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ*), in manibus habet epistolam. Naupactum profecta eam Phalysio tradit, qui signo remoto sanatus legit duo milia sibi staterum aureorum esse solvenda. Aliter iudicandum est de exemplis Atheniensibus (ex *Ἀθηναίου* t. V), quae notat Girard L'Asclépieion d'Athènes p. 79; sunt enim inscriptiones votivae quae formulam exhibent *ἀνέθηκεν ὑπὲρ κτλ.* Quae tamen verba non incubationem pro altero factam demonstrare mihi videntur.

τῷ ἀπεγνωσμένῳ, ἀλλὰ ἄλλῳ τινὶ λέγοντες 6, 336 sq. *ἐπιλαβομένης τοίνυν νυκτὸς οἱ πάνσοφοι οὗτοι ἅγιοι . . . φανέντες τῷ δῆθεν ἰατρῷ τῷ συνόντι τῷ ἀσθενοῦντι κτλ.* Medicus proximo die narrat puero *τὸ παρὰ τῶν ἁγίων . . . δι' ὁράματος προσταχθὲν αὐτῷ παράδοξον χάρισμα* 19, 444 sq. — Mulier quaedam ad alteram mulierem se conferre videt sanctos: *ἔρχονται οἱ ἅγιοι ἐν νυκτὶ καὶ ἐπ' ὄψεσι ταύτης ἔδωκαν τῇ πλησίον αὐτῆς ἀνακειμένῃ ἑταίρᾳ γραΐδι ἀσθενούσῃ πιττάκιον μικρὸν καὶ ἀνεχώρησαν* 27, 498. Anus illa proximo die est mortua.

Curantur aegroti aut ipso somno aut remediis a martyribus indicatis. Accidit ut sanctorum manibus impositis sanentur aegroti: *ἐπιθέντες ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἀοράτως τοῦτον ἰάσαντο* 4, 330. *ἐπιθέντες ἐπ' αὐτὸν τὰς ἁγίας αὐτῶν*[1]) *χεῖρας τῆς νόσου αὐτὸν ἀπήλλαξαν* 9, 352. Unctio oleo facta martyribus consecrato 29, 530. Vim salutiferam imprimis exhibet cera sanctis dicata, cf. cum alia tum trium miraculorum seriem 14—16 p. 398 sqq.[2]) Iudaeae cuiusdam curatio, cui martyres *προστάττουσιν . . . κρεῶν χοιρείων μεταλαβεῖν* (2, 316), in memoriam revocat historiam, quae apud Suidam legitur s. v. *Δομνῖνος*. Hic enim eodem remedio[3]) sanatur Syrus Domninus qui in Asclepieo Atheniensi incubavit; mores paterni utrique curationi obstant, quae tamen denique efficitur. E Cyri et Ioannis miraculis iam hoc loco adnectere velim 54, 3624 C, ubi filium adipe suillo illinere iubetur[4]) mater, cui omnia suilla sunt adversa. Similiter Theodori illius mentionem facere possumus, qui a Iudaeo quodam per magiam immobilis redditus porci pulmonem medendi causa adhibere iubetur: ib. 55, 3625 C. — Delectamenti gratia affero mir. 24, 480 sqq., ubi eodem tempore sanantur vir paralyticus ac mulier muta. Praecipiunt sancti per somnum paralytico: *εἰ θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι, κοιμήθητι μετὰ τῆς γυναικὸς ἀλάλου.* Ter monetur eundem in modum; denique noctu ad mulieris mutae lectum se confert: haec ubi eum animadvertit, vehementissime clamare coepit; ille quam celerrime fugit: *ὁ πάρετος τὴν ἄφωνον ἐδίδαξεν λαλεῖν τρανῶς, ἡ ἄλαλος τὸν πάρετον ἀκωλύτως τρέχειν ἐδίδασκεν.*

Dedicatio tantummodo pro altero homine efficitur, pro liberis a parentibus etc. (*ὑπὲρ υἱοῦ, παιδίων, θυγατρός, γυναικός*, semel *ὑπὲρ Πολυεύκτου*). Nimirum pater familias fere is erat, qui votum solvere posset. Quomodo illa '*ὑπέρ τινος*' sint intellegenda, optime demonstrat nr. 59 VI B = 1, 48 sqq. C., ubi Pandarus Thessalus a deo sanatus Echedoro pecuniam tradit *ὥστ' ἀνθέμεν τῶι θεῶι εἰς Ἐπίδαυρον ὑπὲρ αὐ[τοῦ]* (56).

1) *καὶ θεραπευτικὰς* add. Vind.

2) Cera illa die festo distribuebatur populo: *φθασάσης τῆς παννυχίδος τῷ σαββάτῳ καὶ τῆς κηρωτῆς ὡς περὶ ὥραν ἕκτην τῆς νυκτὸς τῷ λαῷ διαδοθείσης κτλ.* e cod. Vindob. *φάρμακον πάντα πάθη νικῶν* vocatur 1, 314.

3) *ἡ δὲ ἴασις ἦν ἐμπίμπλασθαι χοιρείων κρεῶν* l. s.

4) *χρίειν . . . ὑείῳ προσέταττον στέατι* l. s.

Apparent martyres subridentes: *φαίνονται αὐτῷ πάλιν μειδιῶντες τῷ προσώπῳ καὶ λέγουσιν αὐτῷ ἐν ὀπτασίᾳ κτλ.* 11, 372. *ὑπομειδιῶντες λέγουσιν* 18, 440. *ἐπιστάντες τῷ ἀνδρὶ οἱ ἅγιοι καθ' ὕπνον μειδιῶντες πρὸς αὐτὸν καὶ τὰ πρόσωπα ἱλαρὰ δεικνῦντες* 23, 474. *ἐπιλαβομένης τοίνυν ἑτέρας νυκτὸς φαίνονται αὐτῇ . . . μειδιῶντες τῷ προσώπῳ* 27, 500.

Videntur sancti sub specie aliena: „*diversis in diverso schemate vel figura semetipsos per visionem ostendunt*" A. s. p. 461, 185. „*Cosmas in similitudine Gaudiosi cuiusdam monachi palliatus advenit*" ib. 186. Omnino extra templum figuram suam mutare solent idque *ὕπαρ*. In itinere apparent viro cuidam *ἐν σχήματι κληρικῶν* 18, 426; cf. 432. Nonnumquam alter tantummodo sanctorum videtur: *εἷς τοίνυν τῶν δύο θεραπόντων τοῦ Χριστοῦ ἐν σχήματι περιχύτου φανεὶς* (in balneo vicino) *κτλ.* 12, 388. *θεωρεῖ ἕνα τῶν ἁγίων ἐξερχόμενον κτλ.* 20, 458. *ἴδεν κατὰ τὴν ἐνύπνιον ὄψιν ἄνδρα τινὰ . . . ὀνόματι Κοσμᾶν* 21, 464. *ἔλεγεν ὁ ὀφθεὶς ἀνὴρ . . . καὶ ταῦτα μὲν καθ' ὕπνον* ib. 466. *καί τινα ἑωρακέναι* (sc. *συνέβη*) *τῶν ἁγίων διὰ τῆς νυκτὸς θέλοντα περιοδεῦσαι τὴν γαστέρα αὐτοῦ* 23, 476. *συνέβη τινὰ πάσχοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς . . . ἰδεῖν κατ' ὄναρ ἕνα τῶν ἁγίων* 25, 486. Semel sancta Virgo cum martyribus se offert eosque aegrotum adiuvare iubet: *καὶ θεωρεῖ* (vir quidam) *διὰ τῆς νυκτὸς ἐρχομένους πρὸς αὐτὸν τοὺς θεράποντας τοῦ Χριστοῦ Κ. καὶ Δ. μέσον ἔχοντας τὴν κεχαριτωμένην Παρθένον καὶ λέγουσαν αὐτοῖς· ἰδέ, οὗτός ἐστιν ὁ νοσῶν· βοηθήσατε αὐτῷ διὰ τάχους*[1]).

Martyres bis ter eidem homini apparent, si non exsequitur quae imperaverint: *προστάττουσιν γὰρ ταύτην* (*Ἑβραῖαν* . . .) *κρεῶν χοιρείων μεταλαβεῖν* (v. supra) . . . *πάλιν ἐκ δευτέρου ἐπιστάντες αὐτῇ . . . τῶν αὐτῶν κρεῶν αὐτὴν μεταλαμβάνειν ἐκέλευον . . . ἐκ τρίτου φθάσαντες κτλ.* 2, 316. *κελεύουσιν μίαν κράσιν κεδραίας πιεῖν . . . πάλιν φανέντες αὐτῷ . . . ἐκ τρίτου ἐπιστάντες αὐτῷ* 11, 370. *ὤφθησαν οἱ θεράποντες . . . πάλιν ἐκ δευτέρου ὀφθέντες . . . ἐκ τρίτου δὲ αὐτῷ ὀφθέντες* 24, 480 sq. *φαίνονται αὐτῇ οἱ μεγάλοι ἰατροὶ . . . ἐπιστάντες αὐτῇ ἐκ δευτέρου τῇ ἐπιούσῃ νυκτί* 27, 500. 504.

Accidit, ut somnia *ἐναργῆ* frustra exspectentur: *ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διαγενομένων καὶ μηδεμιᾶς ἐπιστασίας αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἁγίων γενομένης* 1, 306. *χρόνου δέ τινος παρῳχηκότος καὶ τοῦ πάθους . . οὐδεμίαν αἰτίαν*(?) *ὁμολογοῦντος* 3, 322. *ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου καὶ ἐπιμενούσης ἐν αὐτῷ τῆς ἀσθενείας* 4, 328. *ἐνδιατρίψας οὖν ἡμέρας ἱκανὰς καὶ τῆς θέας τῶν ἁγίων οὐ τυχὼν ἀναχωρεῖν ἐβούλετο*[2])

1) E cod. Vindob. cf. A. s. p. 460, 176; Reinoldi Dehnii notas ad C. et D. miracula apud Wangnereckium p. XXXIV.

2) *ἐβουλεύετο* Vind.

οἴκαδε[1]) 20, 458. *ὡς δὲ ἐπέμενεν χρόνον ἱκανὸν καὶ οὐδεμιᾶς ἐτύγχανεν ἐπισκέψεως, τέλος ἐξελθὼν κτλ.*[2]). Videtur tertius dies hac in re quandam habuisse significationem, quod cum numeri 3 vi certe quodammodo cohaeret[3]): *τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐπιστάντες* 23, 474. E Cyri et Ioannis miraculis notaveris haec: *τρεῖς γοῦν οὕτω διανύσας ἡμέρας ὁ ἄθλιος κτλ.* 32, 3529 B. *τριταῖος τὸ φῶς τοῖς ὄμμασιν ἔβλεπεν* 37, 3564 A; cf. ib. D. *τρεῖς γὰρ μόνας ἡμέρας τοῖς ἁγίοις εὐξάμενος εἰς λουτρὸν ἐλθεῖν προσετάττετο* 52, 3617 C. *ἐπιστάντες οὖν αὐτῷ καθ᾽ ὕπνους ἀμφότεροι (τρίτη δὲ ἡ νὺξ ἀφ᾽ ἧς παρεγένετο)* 70, 3668 B. cf. 31, 3524 A. B. 34, 3540 B. 58, 3632 C. 70, 3669 D. E Theclae miraculis (v. sub 4 p. 98 sqq.) cf. ex. gr. p. 140: *οὔτε τρεῖς ὅλαι διεγένοντο ἡμέραι, καὶ βαδίζουσα καθῆλθεν ἡ γυνή* (sc. Aba quae pede laborabat, cf. p. 101). Similia apud Medardum observari possunt, v. p. 59; apud Martinum ib.; apud Maximinum p. 60.

Etiam extra templum suum per somnum sanant martyres: aegrotus quidam haereticus *οὐκ ἐτόλμησεν ἔσωθεν τοῦ ἐνδόξου . . . οἴκου ἑαυτὸν ἀνακλῖναι· ἀλλὰ πρὸς τῷ ἔξω νάρθηκι . . . τὴν πάροδον ἐν νυκτὶ ἐποιοῦντο* (sancti). Haereticus omittitur . . . *δύο δὲ ἡμερῶν διαγενομένων . . . φαίνονται ἐκ δευτέρου τῷ αἱρετικῷ . . . . . ἐγείραντες . . . αὐτὸν ἀμφότεροι καθεύδοντα χειρουργοῦσιν αὐτοῦ ἀοράτως τοὺς δύο μηρούς.* Increpant eum denique nocte sequenti abeat ex sacro, 17, 414 sqq.

In domibus privatis apparent per somnum: femina quaedam Laodiceae *ὕπνῳ κατενεχθεῖσα τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ὁρᾷ τοὺς μεγάλους . . . ἰατροὺς . . . ἐν ᾧ ἐκτυποῦνται σχήματι . . . ἐπιλαβομένης ἑτέρας νυκτὸς οἱ αὐτοὶ . . . φανέντες αὐτῇ ἐν τῇ ὁμοίᾳ θέᾳ λέγουσιν κτλ.* 28, 514 sq. Invitant aegrotum, ut templum suum adgrediatur: *θεωρεῖ τοὺς ἁγίους καθ᾽ ὕπνον λέγοντας αὐτῷ· δεῦρο πρὸς ἡμᾶς καὶ ἰαθήσῃ*[4]). Mulieris, quae iam adest in martyrum sacro, medicum arcessunt: *φαίνονται κατ᾽ ὄναρ τῷ συνήθει αὐτῆς ἰατρῷ λέγοντες· εἰ θέλεις θεραπεῦσαι τὴν γυναῖκα, ἄπελθε ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἁγίῳ οἴκῳ* 26, 492.

ὕπαρ apparent sancti: *μέλλοντος ἐν τῷ πλοιαρίῳ εἰσιέναι περὶ τὰς δυσμὰς τοῦ ἡλίου συντυγχάνουσιν αὐτῷ οἱ ἔνδοξοι ἅγιοι . . . ἐν σχήματι οὐ τῷ εἰωθότι αὐτοῖς* (cf. p. 73) 1, 308. De mirr. 12, 388; 18, 426 v. p. 73. *παραγενόμενοι ἐν αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ ὀφθαλμοφανῶς αὐτὸν ἐχειρούργησαν . . . ὡς ἄχρι τῆς σήμερον φαίνεσθαι τὴν οὐλὴν τῆς χειρουργίας αὐτῶν* 29, 530. „*Cosmas . . . advenit . . . cum non esset illusio nec dormirem*“ A. s. p. 461, 186.

Subito martyres evanescunt: *καὶ ἀφανὴς γέγονεν* (alter martyr) 12, 390. *καὶ ἀφανεῖς γεγόνασιν ἀπ᾽ αὐτοῦ* 18, 434.

---

1) *οἴκαδε* om. Vind.
2) E cod. Vind. cf. A. s. p. 460, 176; Dehnii notas p. XXXIII.
3) cf. p. 37, 3.
4) E cod. Vindob. cf. A. s. p. 460, 176; Dehnii notas p. XXXIII.

Subsistamus. Satis elucet ex his, quae protulimus, quanta intercedat similitudo inter hanc incubationem christianam atque incubationem in Aesculapii templis usitatam: non pauca sunt, quae Epidauria iamata in memoriam vocent, quae nempe Aesculapii *θαύματα* nominari possunt. Quin ipsa Cosmae et Damiani miracula eodem consilio edita esse videntur, quo in Aesculapii sacris Epidaurio vel Romano curationum tabulae exponebantur[1]): ad augendum scilicet numerum eorum, qui per somnum curationem peterent. Quae res iam eam ab causam probabilis, quia diversae miraculorum series nobis traduntur; tres exhibet Wangnereckius e codice Vaticano editas p. 302 sqq. 452 sqq. 518 sqq., quarum cuique brevia de sanctorum potentia praecedunt prooemia. Plura exstare praeter ea, quae Actis sanctorum insunt, codex Vindobonensis demonstrat, cf. p. 69, 2. Ubi id quoque attendendum, quod miracula in hoc codice servata partim ad primam partim ad alteram Vaticani codicis seriem pertinent: qua ex re apparet, quomodo haec documenta inter se confundantur. Ipsa vero litterarum illarum natura atque indoles etiam magis clarescit, cum legis quae in fine miraculi quinti p. 334 exstant: *μανθάνοντες τοίνυν, ὦ φιλόχριστοι, ἅπερ ἠπίστασθε, τοῦτ' ἔστιν τὰς τῶν ἁγίων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ εὐεργεσίας, ὧν οἱ πλείονες ἐν ἀπολαύσει γεγόναμεν, μὴ*

1) Quod in Asclepieis fere factum esse videas e Passione ss. Quattuor Coronatorum, ubi de Diocletiano imperatore dicuntur haec: „*et statim iussit in termas Traianas templum Asclepii aedificari et simulacrum fieri ex lapide proconisso. quod cum factum fuisset, praecepit omnes curas in eodem templo in praeconias* (i. e. 'tabulas publice a praecone praepositas', de Rossi) *aeneas cum caracteribus infigi*“, Sitzungsberichte der Berl. Akad. der Wiss. 1896 phil.-hist. Kl. p. 1302. — De iamatis Epidauriis habeo quod addam: apud Cavvadiam Fouilles d'Épidaure p. 32 sub num. 3α inscriptionis invenitur fragmentum, cuius non nisi versuum initia sunt servata. Adnotat Cavvadias hoc: „*Petit fragment de plaque en pierre calcaire trouvé au même endroit que les inscriptions N° 1, 2 et 3. Il provient d'une des stèles des guérisons; mais il n'appartient pas à celles des N°s 1 et 2 ni même au fragment N° 3, comme prouve l'épaisseur de la pierre. Il appartient à une quatrième de ces stèles.*“ Primo obtutu desperaveris quidquam ex his ruinis erui posse; nullius enim versus plus quam sex servatae sunt litterae. Tamen quae v. 4 exstant verba [τ]ῶν δακτ[ύλων] mihi miraculum quoddam, ubi de digitis agitur, in mentem revocaverunt (59 III B. = 1, 22 sq. C.). Quod ubi accuratius cum fragmento 3α comparavi, praeter opinionem litteras eius plane cum iis consentire cognovi, a quibus in priore tabula magna versus 13—32 incipiunt (modo v. 10 K pro P false legitur, v. 11 Λ pro A, v. 18 I pro T[T]). Adnotandum praeterea in fragmento et in inscriptione magna prorsus easdem deesse litteras. Fraenkelius inscriptionum Peloponnesiacarum editor fragmentum 3α Epidauri invenire non potuit. Res quae videbatur difficilis facile explicatur: inscriptio 1 e novem composita est partibus, e quibus una cum fragmento accuratissime congruit, quae res e Fraenkelii ectypo statim eluxit. Haec igitur pars seorsum quondam descripta, id quod Fraenkelius ectypo nondum inspecto protinus coniecit, a Cavvadia Baunackium secuto iterum edita est. Itaque fragmentum 3α est eiciendum.

ἀμελήσωμεν κατὰ δύναμιν τοῦ συντρέχειν ἐπὶ τὴν κοινωφελῆ ταύτην αὐτῶν σκηνήν κτλ.

Per incubationem igitur Cosmas et Damianus Machaones illi christiani curabant infirmos. Paganorum mores excepit atque continuavit ecclesia christiana: inquirendum videtur, num forte par illud anargyrorum dei vel deorum quorundam Graecorum cultui adnectendum sit, id quod de Sosthenio declaravit Maury.

Credebat idem vir doctus[1]) curationes Cosmae et Damiani, quippe qui Aegis Ciliciae mortem oppetissent, cum Aesculapii aliquo modo coniungendas esse cultu, qui eodem loco valde florebat[2]). Quam rem aliter se habere mox elucebit. Nam oppidum illud Ciliciae quaestioni nostrae ansam praebere propterea non potest, quia eo loco non exstabat cultus sanctorum neque vero de incubatione ibidem facta quidquam constat; cuius tamen rei maxima est habenda ratio. Cosmae et Damiani quae nobis traduntur miracula non ad Aegas referenda sunt, sed ad Byzantium: cf. ex. gr. mir. 18 p. 420 sq., ubi de viro quodam leguntur haec: *ἐξ ἑτέρας ὁρμώμενος χώρας διαφόρως κατέλαβεν τὴν φιλόχριστον ταύτην πόλιν καὶ ἤκουσεν τῶν κοινῶν εὐεργετῶν καὶ θεραπόντων τοῦ Χριστοῦ Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ τὰ θαύματα καὶ τὰς τῶν θλιβομένων εὐεργεσίας. εἶτα πρὸ βραχέως χρόνου πάλιν ἐπιστὰς τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ζήλῳ τρωθεὶς πρὸς τοὺς ἐνδόξους τούτους ἁγίους δι' αὐτοὺς πλέον, λοιπὸν δὲ καὶ διὰ πολλὰ ἄλλα τῆς μεγαλωνύμου πόλεως ταύτης, τὴν ἰδίαν οἴκησιν ἐνταῦθα μεταγαγεῖν ἠβουλήθη.* Consentaneum est intellegi Byzantium; cf. Wangnereckium p. 303. Dehnii praefat. p. VIII, eiusdem notas p. XXXII. Qua in urbe Cosmae et Damiani sacrum exstitisse aliis quoque testimoniis confirmatur. Ibidem Iustinianus imperator per incubationem gravi morbo liberatus egregium templum inornati atque ignobilis aedificii loco exstruxit.[3])

1) Rev. arch. VI (1849) p. 161 sq.

2) Philostr. V. Apoll. I 7. 8. 9. id. V. soph. II 4. Eusebius V. Constantini III 56. Sozomenus Hist. eccl. II 5 Migne t. 67 p. 948 A. Similiter Harnack Medicinisches aus der ältesten Kirchengeschichte p. 13, 1: „*Sie* (sc. C. et D.) *leisteten den Christen das, was Asklepius früher geleistet hatte, ja sie sind geradezu an Stelle desselben getreten*". — Ceterum etiam atque etiam mirandum, quod vir ille doctissimus de antiquissima medicina christiana conscripsit libellum, in quo ne vox quidem incubationis quaerenti occurrat oculo.

3) Procop. de aedificiis I 6 p. 193, 17 sqq. Bekker: *κατὰ δὲ τοῦ κόλπου τὸ πέρας ἔν τε τῷ ἀνάντει καὶ ἰσχυρῶς ὀρθίῳ τέμενος ἐκ παλαιοῦ Κοσμᾷ τε καὶ Δαμιανῷ ἁγίοις ἀνεῖται· οὗ δὴ αὐτόν ποτε* (Iustinianum) *νενοσηκότα πικρότατα καὶ δόκησιν παρεχόμενον ὅτι δὴ ἀποθάνοι πρός τε τῶν ἰατρῶν ἀπολελειμμένον ἅτε δὴ ἐν νεκροῖς κείμενον ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἐσώσαντο οἱ ἅγιοι οὗτοι ἐκ τοῦ παραδόξου καὶ τοῦ παραλόγου καὶ ὀρθὸν ἔστησαν. οὓς δὴ εὐγνωμοσύνῃ ἀμειβόμενος ὅσα γε τὰ ἀνθρώπεια ὅλως ἐναλλάξας τε καὶ μετασκευασάμενος τὴν προτέραν οἰκοδομίαν ἄκοσμόν τε καὶ ἄδοξον οὖσαν . . . κάλλει τε καὶ μεγέθει τὸν νεὼν κατελάμπρυνε . . . ἐπειδὰν δέ τινες ἀρρωστήμασιν ὁμιλήσαιεν ἰατρῶν κρείττοσιν, οἵδε . . . πλέουσι διὰ τοῦ κόλπου ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν νεών.*

Itaque in hoc sacro Byzantino incubatio fieri solebat martyribus, huc quoque referenda sunt quae supra perlustravimus miracula. Quis tamen Byzantii colebatur deus vel qui dei, quorum in templis aegrotantes per incubationem sanarentur? Velim inspicias mir. 9 p. 346 sqq.: *τὸ δὲ συμπαθητικὸν καὶ προσηνὲς*[1]) *τῶν δούλων τοῦ Χριστοῦ Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ πρὸς πάντας ἀνθρώπους . . . καὶ εἰς τὸ ἔθνος τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων ἔφθασεν*[2]). *καὶ γνόντες τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων αὐτῶν*[3]) *καὶ τὰς τούτων . . . τῶν θαυμάτων ἐνεργείας ἐκάλουν τοὺς ἐνδόξους τούτους . . . Κ. καὶ Δ. κατὰ τὸ τῆς δυσσεβοῦς αὐτῶν θρησκείας μῦσος Κάστορα καὶ Πολυδεύκην.* Infra de Graeco aegrotante narrantur haec (p. 348): *τούτῳ πάντες οἱ φίλοι . . . συνεβούλευσαν ἐν τῷ σηκῷ* (cf. p. 70, 1) *τούτῳ*[4]) *τῶν ἁγίων Κ. καὶ Δ. ἐλθεῖν*[5]), *οὐ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἁγίους τοῦτον ἀποστείλαντες . . ., ἀλλὰ πρὸς τὴν προσηγορίαν ἀφορῶντες . . . Κάστορος καὶ Πολυδεύκους*[6]). *εἶτα . . . ἀσθενῶν . . . παραγίνεται ἐν τούτῳ τῷ ἰατρείῳ*[7]) *τῶν ἁγίων, καὶ ὀδυνῶν ἀνενδότων αὐτῷ προσγινομένων οἱ τοῦ Χριστοῦ θεράποντες Κ. καὶ Δ. τὰ εἰωθότα αὐτοῖς ἐλέη εἰς τοὺς ἀρρώστους ἐφαπλοῦντες τὴν περιοδίαν*[8]) *τῶν ἰάσεων εἰς αὐτοὺς ἐπεδείκνυντο. καὶ φθάσαντες εἰς*[9]) *τὸν τόπον, ἐν ᾧ ὁ πεμφθεὶς παρὰ τῶν Ἑλλήνων Ἕλλην καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ἔκειτο τοῦτον ἀποστρεφόμενοι τῆς*[10]) *πρὸς τοὺς ἄλλους θλιβομένους θεραπείας εἴχοντο. τὸ δὲ τοιοῦτο σχῆμα πλειστάκις*[11]) *ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπ' αὐτῷ γενόμενον ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεωρήσας . . . ἤρξατο . . . κράζειν καὶ δέεσθαι αὐτῶν, ὡς ἂν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπέλθωσιν καὶ κουφίσωσιν τῆς περιεχούσης αὐτὸν*[12]) *θλίψεως . . . ἀπεκρίναντο αὐτῷ*[13]) *ὀργίλως οἱ ἅγιοι· μὴ γὰρ πρὸς ἡμᾶς ἐλήλυθας, ἑταῖρε· μὴ γὰρ ἡμεῖς λεγόμεθα Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. τούτου δὲ ἐπιμένοντος*[14]) . . . *φθέγγονται πάλιν οἱ*[15]) *θεράποντες πρὸς αὐτὸν ὑπομειδιῶντες· ἑταῖρε, τί κατακράζεις*[16]) *ἡμῶν, καὶ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς μὴ παραγενόμενος, ἀλλὰ πρὸς ἄλλους ἀποσταλείς; ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἐσμὲν Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, ἀλλὰ δοῦλοι*[17]) *Χριστοῦ . . . ὑπάρχομεν καὶ Κ. καὶ Δ. προσηγορίαν κεκτήμεθα*[18]) *κτλ.* Graecus convertitur et sanatur. Ex hac narratione sequitur primum: Graecos quoque martyrum templum sanationis impetrandae causa adiisse, alterum: Cosmam et Damianum ab iis pro Castore et Polluce habitos esse. Attendas et Cosmam Damianumque et Castorem Pollucemque geminos fuisse; artus igitur inter eos statuendus esse

1) *καὶ εὐεργετικὸν* add. Vind. 2) *ἀφίκετο* Vind. 3) *αὐτῶν* om. Vind. 4) *τούτῳ* om. Vind. 5) *ἀπελθεῖν* Vind. 6) *Πολυδεύκου* Vind. 7) *εἰς τοῦτο τὸ ἰατρεῖον* Vind. 8) *ἰατρείαν* Vind. 9) *εἰς* om. Vind. 10) *τῆς* post *θλιβ.* Vind. 11) *πλειστάκις* post *ἁγίων* Vind. 12) Vind.: *τοῦτον* W. 13) Vind.: *πρὸς αὐτὸν* W. 14) Vind.: *τοῦ δὲ ἐπιμείναντος* W. 15) *ἅγιοι* add. Vind. 16) Vind.: *κράζεις* W. 17) *Ἰησοῦ* add. Vind. 18) *τὴν προσηγορίαν ἐπικεκλήμεθα* Vind.

videtur conexus. Nonne alia reperiri possunt, quibus declaretur re vera martyres christianos aliquo modo a Dioscuris derivatos esse? Profecto non desunt. Constat inter omnes notissima Dioscurorum symbola equos esse ac stellas[1]). Ex equis bello Latinorum ad Regillum lacum pugnare visi sunt in Romanorum acie (Cic. N.D. II 2, 6). Dioscuros memineris, si legas quae p. 20 Wangn. de martyribus narrantur: diabolus mulierem quandam, quae anargyris sanctis freta in locum desertum illum secuta est, interficere conatur: *αὐτὴ δὲ τὸ ὄμμα εἴς οὐρανὸν ἀτενίσασα ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ λέγουσα· ὁ θεὸς τῶν ἁγίων ἀναργύρων βοήθει μοι. ἅγιοι ἀνάργυροι . . . σπουδάσατε ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου . . . ὑμῖν γὰρ ἐπίστευσα καὶ ἠκολούθησα αὐτῷ* (sc. diabolo). *οἱ δὲ ἅγιοι . . . K. καὶ Δ. βοησάσης αὐτῆς ἰδοὺ ἐφάνησαν αὐτῇ ὡς ἐν σχήματι ἱππέων καὶ πλῆθος ὄχλου κτλ.* Idem p. 128: *αἴφνης γὰρ παρῆσαν ἅμα πλήθει ἱππέων πολλῶν* (cf. A. s. p. 478, 16: „*statim apparuerunt ei sancti in habitu equitum*“). Ad Cosmam igitur et Damianum pertinere videntur, quae exhibet Anastasius Sinaita Quaest. 89 Migne t. 89 p. 717 C: *εἰδέναι μέντοι προσήκει, ὅτι πᾶσαι αἱ ὀπτασίαι αἱ γινόμεναι ἐν τοῖς ναοῖς ἢ σοροῖς τῶν ἁγίων δι' ἁγίων ἀγγέλων ἐπιτελοῦνται δι' ἐπιτροπῆς Θεοῦ. ἐπεὶ πῶς δυνατὸν μήπω τῆς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων γεγενημένης, ἀλλ' ἔτι τῶν ὀστῶν καὶ τῶν σαρκῶν τῶν ἁγίων διεσκορπισμένων εἴδεσθαι τούτους εἴδη* (fort. *εἴδει* Migne) *ὁλοκλήρους ἄνδρας πολλάκις ἐφ' ἵπποις ὀπτανομένους καθωπλισμένους;*[2]) — Neque vero desunt stellae: cf. W. p. 28 sq.: *οἷα γὰρ ἀστέρες πολύφωτοι K. καὶ Δ. ἐκ τῶν οὐρανίων ἀδύτων ταῖς τοῦ Χριστοῦ μυστικῶς ἐκκλησίαις ἐγκύπτοντες σήμερον*; vel ib. p. 142: *οἱ λαμπροὶ καὶ πάνσοφοι ἀστέρες, οἱ τὴν γῆν προφανῶς οὐρανώσαντες.* Iam super superque clarescit Cosmam et Damianum cum Dioscuris artissime cohaerere. Nihil valet, quod loci de equis et stellis a nobis indicati ad Cosmam et Damianum Asiaticos pertinent. Cum per se consentaneum est a principio eiusmodi discrimen non exstitisse, tum eo magis nunc haec res stabilitur, cum C. et D. Arabes pro Dioscuris apud Graecos habiti sint, C. vero et D. Asiatici cum eorum ipsorum symbolis coniungantur.

---

1) cf. Furtwaengler in Roscheri lexico mytholog. s. v. Dioskuren I 1 p. 1171, 66: „*Sie (die Sterne) sind eins der gewöhnlichsten Symbole der Dioskuren*“; p. 1172, 56: „*Das Roſs ist das älteste und mit dem Wesen der Dioskuren innigst verknüpfte Symbol und Attribut derselben.*“ Vide Dioscuros equitantes in lecytho Attica ib. p. 1169/70, in nummo aureo Tarentino ib. p. 1175, itidem cum stellis supra capita positis in denario Romano ib. p. 1176; capita eorum cum stellis in Brettiorum nummo (Berolinensi) ib. p. 1177.

2) Quae p. 720 A secuntur: *καὶ ἵνα μὴ δόξωσί τινες ἰατρικὰς ἡμᾶς μυθολογίας ἀναπλάττειν, ἄκουσον Γραφικὰς περὶ ψυχῶν θεολογίας*, contextu videlicet nonnihil turbato in re nostra adhibere dubitavi.

Superest, ut quaeramus, num Byzantii in urbe Dioscuri fortasse simili modo per incubationem curaverint aegrotos; qua ex re etiam clarius explicetur, quomodo fieri potuerit, ut martyres christiani tam arte ad deos vel heroes Graecos se applicaverint. Neque hac in re desunt testimonia. Legitur enim apud Hesychium Milesium 15 FHG IV 149 (unde fluunt quae exstant in Codino De originibus Cpolitanis pag. 6, 15 ed. Bonn.) hoc: *τῶν δὲ Διοσκούρων, Κάστορός τέ φημι καὶ Πολυδεύκους,* (sc. templum) *ἐν τῷ τῆς Σεμέστρης βωμῷ καὶ τῇ τῶν ποταμῶν*[1]) *μίξει* (sc. exstruxit Byzas), *ἐν ᾧ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο.* Sane hic nihil dicitur de somniis, in quibus appareant Dioscuri, tamen lacuna expletur altero loco in scholiis ad Persium II 56 p. 20 Buechel. nobis servato: „*alii autem 'fratres aenos' Pollucem et Castorem* (sc. esse putant), *qui fratres fuerunt et aliquando nocte Persen Macedoniae regem nuntiaverunt victum*[2]), *in quorum templo somniorum interpretes haberi solent, qui puros a pituita visus hominum exponebant.*" Cum somniorum interpretes in Dioscurorum templo haberentur, sequitur templum illud somnia accipiendi causa ab hominibus frequentatum esse[3]). Per somnum autem etiam curatos esse homines a Dioscuris elucet ex iis, quae l. s. secuntur: „*cum Romani pestilentia laborarent, Castor et Pollux in somniis populum monuerunt, quibus remediis curarentur.*" Templum illud Dioscurorum Romanorum in foro situm esse notissimum. Atque maxime nobis videtur memorabile haud procul ab eo supra vetere Romuli sacro iuxta basilicam Constantini temporibus posterioribus ecclesiam exstructam esse ss. Cosmae et Damiani, eorundem anargyrorum Romanorum, quos eodem modo atque Arabes per incubationem sanasse aegrotos ex Actorum loco supra (p. 69) conclusimus. Iam vides ad Dioscurorum templum Romanum migrasse aegrotos, ut per somnum remedia sibi indicentur; templum eorum Byzantinum eodem scilicet consilio ab aegrotis frequentabatur, Cosmas et Damianus Dioscuri quasi christiani itidem per somnum in sacro suo[4]) visitabant infirmos: nomina mutantur, permanent numina, permanet res.

---

1) Sunt quidem Cydarus et Barbyses; cf. Hes. 3 p. 147: *φασὶ μὲν Ἀργείους πρώτους . . . πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται . . . κατὰ τὸν τῆς λεγομένης Σεμέστρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάσσῃ μιγνύμενοι.*

2) cf. Cic. N. D. II 2, 6: „*P. enim Vatinius, . . . cum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo iuvenes cum equis albis dixissent regem Persem illo die captum, senatui nuntiavit.*"

3) Sic Memphi quoque in Sarapeo *ἐνυπνιοκρίτης* versabatur, cf. Notices et extraits XVIII 2 p. 334 pap. 54, 78. Sarapidi incubatum esse notissimum.

4) De cuius situ cf. infra p. 107 sq.

3. Cyrus et Ioannes.

Alterius martyrum paris accedamus miracula Cyri dico et Ioannis[1]), qui prope Canopum Aegypti in vico Menuthis colebantur. Atque primum quae insunt simili quo supra modo disposita proferamus.

Sacrum martyrum appellatur *τέμενος*: mir. 2 p. 3429 B; 6, 3436 A; 8, 3437 A. 3437 B; 9, 3444 C; 23, 3488 D; 24, 3492 A.B; 28, 3505 A saepius. *ναός*: 11, 3452 D; 18, 3477 A; 20, 3481 A; 26, 3496 D. 3497 B; 28, 3505 C; 30, 3517 C saepius. *σηκός*[2]): 2, 3429 A; 9, 3445 A (bis); 15, 3469 B; 24, 3492 C; 27, 3500 A; 28, 3505 C; 33, 3532 C; 37, 3564 D; 38, 3568 C; 43, 3588 B; 45, 3593 D; 48, 3601 B; 51, 3616 B; 70, 3668 B. 3669 A. — *τάφος* eorum commemoratur: *κατ' αὐτὴν γὰρ εὐθέως τὴν νύκτα, τὴν μεθ' ἡμέραν ἐν ᾗ παρεγένετο* (Eugenius), *πρὸ τοῦ τάφου τῶν ἁγίων κοιμώμενος τούτους βλέπει προϊόντας τοὺς μάρτυρας κτλ.* 42, 3585 A. *ὡς δὲ . . . τὸν τῶν ἁγίων τάφον ἠσπάσαντο* 34, 3537 A. cf. 36, 3556 C.

Prope sacrum erat fons et lavacrum. Caeco Theodoro *οἱ ἅγιοι εἰς τὴν αὐτῶν πηγὴν ἐξιέναι προσέταττον καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ χρήσασθαι νάμασιν πρὸς τὴν τῶν ὀμμάτων ἀνάβλεψιν* 2, 3429 B. Ali praecipitur: *εἰς τὴν ἡμετέραν πηγὴν πρωῒ ἀνιστάμενος ἔξιθι* 27, 3500 B. *τῷ τῆς πηγῆς . . . ὕδατι* 13, 3465 A; 20, 3481 B. — *εἰσιόντι . . . τῷ λουτρῷ* 8, 3441 D. *τὸ . . . λουτρὸν τῶν ἁγίων* 9, 3445 C. *λουτρῷ δὲ προσφόρως κελεύουσι χρήσασθαι* 9, 3448 B. *λουτροῖς αὐτὸν ἐπιτρέψαντες χρήσασθαι* 38, 3568 D. *εἰς τὸ λουτρὸν . . .. ἰέναι κελεύουσιν* 47, 3600 B. cf. ib. C. *εἰς λουτρὸν ἐλθεῖν προσετάττετο* 52, 3617 C. cf. 58, 3632 B; 68, 3657 D.

Apparent martyres noctu[3]) per somnium dormientibus: *ἐλθόντες γὰρ νυκτός* 1, 3428 C. *κατὰ τὴν νύκτα τὴν αὐτὴν ἐπισκέπτονται . . . ὁ δὲ διυπνισθεὶς (ὄναρ γὰρ ἦν τὸ φαινόμενον) κτλ.* 5, 3433 B. *ἀξιωθεὶς δὲ τῆς τῶν μαρτύρων ἀγαθῆς ἐπισκέψεως ἤκουσεν δι' ὁράματος τὸ . . . φάρμακον . . . ὁ δὲ τὸν ὕπνον ἀποσεισάμενος . . . τὸ λεχθὲν διεπράττετο* 6, 3436 A.B. *νυκτὸς γὰρ ἐπιλαβομένης . . . οἱ ἅγιοι καθευδήσαντι τῷ γυναίῳ παρίστανται . . . ἐπιστάντες οὖν οἱ . . . μάρτυρες κτλ.* 9, 3448 A. *καθ' ὕπνους . . . ἐντειλάμενοι* 10, 3449/52. *οὗτος* (*οὕτως* Migne) *ἔφη . . . κοιμώμενος . . . ὁρᾶν . . . τοὺς μάρτυρας*

---

1) Leguntur in Spicil. Rom. ed. Ang. Mai t. III p. 97 sqq. Migne Patrol. Gr. t. 87, 3 p. 3424 sqq. (cuius significavi paginas).

2) Quod proprie de heroum sacris dicitur: cf. *σηκοῖς ἐνστρέφῃ Τροφωνίου* Apostol. XV 43 a (Paroem. II 641). v. etiam Eur. Ion. 300. cf. p. 70.

3) Curatio die facta (*ὁ καιρὸς γὰρ ἡμέρας ἐτύγχανεν*) 19, 3480 B. Ipso sacro adspecto sanatur Theodora oeconomi uxor 9, 3445 A. Athanasia propter dubitandi obstinationem a martyribus castigata templi limen transgressa statim morbo liberatur 29, 3513 A. Surdus Cobiotes, qui ad Cyrum et Ioannem contendit, in via gradatim curatur: cum ad ipsum pervenit sacrum, aurium usum penitus recuperat 45, 3593 C. D.

11, 3453 A. *οἱ δὲ μακάριοι μάρτυρες πολλάκις αὐτῷ νύκτωρ ἐπιφερόμενοι* 12, 3457 B. *φανέντες γὰρ καθ' ὕπνους αὐτῷ, ὥσπερ εἰώθασιν* ib. 3460 C. *τοῦτο γὰρ οἱ ἅγιοι δι' ἐνυπνίων τὸ βοήθημα παντὶ προσενέγκαι τῷ σώματι . . . προσέταξαν* 15, 3469 C. *οἱ δὲ νυκτὸς πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες καθεύδοντα* 16, 3472 D. *ὄναρ ὀφθέντες ἰάσαντο* 17, 3476 A. *ὑπνῶσαι τὸν Παῦλον . . . ποιήσαντες . . . ἐφίστανται νύκτωρ καθεύδοντι* 18, 3476 D. *μάρτυρες καθ' ὕπνους ὀφθέντες* 20, 3481 A. *καὶ ἐνύπνιον καὶ ὄναρ ὁρᾶν παρεσκεύασαν. αὐτοὶ δὲ ἦσαν οἱ δεδωκότες ὁρᾶν καὶ φαινόμενοι* (itaque ipsi in quo appareant martyres mittunt somnium) 21, 3484 B. *ἐκάθευδεν μὲν οὖν ὁ Γεννάδιος, ἠγρύπνουν δὲ μάρτυρες . . . πρὸς αὐτὸν παραγίνονται* 23, 3488 C. *οἱ ἅγιοι κατ' ὄναρ φανέντες* 24, 3492 C. *νυσταγμῷ βαθεῖ καταφέρεται . . . ἀλλ' ἰδοῦσα τούτους* (martyres) *ὡς ἀκουσίως ἐκάθευδε . . . αὐτοὶ δὲ . . . πρὸς αὐτὴν παραγίνονται κτλ.* 25, 3493 D. *καθ' ὕπνους γὰρ αὐτῇ παραστάντες* 26, 3497 A. *τούτῳ καθ' ὕπνους ὀφθέντες οἱ μάρτυρες* 28, 3505 B. *νύκτωρ καθεύδοντι φαίνονται* 30, 3517 B. *ἐπελθούσης δὲ τῆς νυκτὸς . . . καθεύδοντι οἱ θεῖοι παρίστανται μάρτυρες* ib. 3520 B. *ἐπιφανέντες οὖν καθ' ὕπνους οἱ μάρτυρες . . . φασὶν . . . . καὶ ταῦτα μὲν ὄναρ αὐτῷ προσεφθέγγοντο. ὁ δὲ στραφεὶς μετὰ τὴν ὅρασιν κτλ.* 31, 3521 D. *περὶ τὸν ὄρθρον ἀφύπνωσε . . . οἱ παραστάντες* (sc. martyres), *ὡς πᾶσιν εἰώθασιν κτλ.* 34, 3540 B. *ἐπιστάντες αὐτῷ καθ' ὕπνους οἱ ἅγιοι τάδε ποιεῖν διετάξαντο* 35, 3544 B. *φανέντες εἰς ὄναρ ἀμφότεροι* 36, 3552 A. *ὁρᾶν ἐδόκει τοὺς μάρτυρας* ib. 3552 C. *ἀφύπνωσε καὶ . . βλέπει τοὺς μάρτυρας . . . παρεστῶτας καὶ λέγοντας* ib. 3553 A; cf. ib. 3557 A/B. *ἐκάθευδε καὶ παρεστῶτας βλέπει τοὺς μάρτυρας* ib. 3557 C. *τοὺς ἁγίους ἐδόκει θεάσασθαι* 37, 3561 C. *καθεύδοντι φαίνονται* 38, 3565 D. *καθ' ἣν* (sc. *νύκτα*) *καὶ οἱ μάρτυρες Στεφάνῳ . . . φαίνονται* ib. 3568 D. *πάλιν αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφάνησαν* ib. 3569 B. *οἱ μάρτυρες δι δραμάτων ἐκέλευσαν* ib. D. *τοὺς ἁγίους κοιμώμενος . . . ἔβλεπεν* 39, 3576 A/B. *κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα κοιμώμενος παρεστῶτας αὐτῷ βλέπει τοὺς μάρτυρας* 40, 3577 C. Caecus quidam *κοιμώμενος πρὸς τῆς τῶν ἁγίων ἤκουε χάριτος κτλ.* 46, 3596 C. Ibidem D alter caecus *τῆς αὐτῆς πρὸς αὐτῶν ἀκούσας κελεύσεως κτλ.* (cf. 3597 B: *ὡς δὲ μεθ' ὕπνον κτλ.*). *οἱ δὲ τούτῳ κατ' ὄναρ παρίστανται καὶ τὸν τρόπον τῆς ὑγείας μηνύουσιν* 47, 3600 B. *ἐκάθευδε . . . καὶ βλέπειν ἐδόκει τοὺς ἁγίους ὁράματι ταῦτα προσελθόντας καὶ λέγοντας* 49, 3605 D. *νυκτὸς εἰς αὐτὸν ἀφικόμενοι* 50, 3609 D. *ἐλθόντι γὰρ αὐτῷ καθ' ὕπνον οἱ μάρτυρες φαίνονται καὶ φανέντες τὸ πάθος εὐθὺς φυγαδεύουσιν* 55, 3625 B. *τῇ ταύτης* (*αὐτῇ*? 'eadem nocte' versio lat.) *ἐπιφανέντες νυκτὶ τῆς ἀρρωστίας ἐδίδουν τὸ φάρμακον . . . καθ' ὕπνον γὰρ ταῦτα ποιεῖν ἐκελεύετο* 58, 3632 A. B. *φανέντες γὰρ κατὰ τοὺς ὕπνους οἱ ἅγιοι κτλ.* 59, 3633 B. *μάρτυρες ὄναρ ὀφθέντες* 60, 3636 C. *οἱ μάρτυρες αὐτῷ κοιμωμένῳ παρίσταντο* 61, 3637 C. *ὄναρ φανέντες ἰάσαντο* 63, 3644 B. *καθεύδοντι*

οἱ ἅγιοι φανέντες 64, 3645 C. *φανέντες γὰρ κοιμωμένῳ τῷ πάσχοντι* 66, 3652 B. *κοιμωμένην φανέντες ἠλέησαν τοῖς ὁράμασιν τοῦ πάθους αὐτῇ τὴν θεραπείαν ὀρέξαντες* 68, 3657 D. *ἐπιστάντες οὖν αὐτῷ καθ' ὕπνους ἀμφότεροι* 70, 3668 B. *οἱ μάρτυρες Σωφρονίῳ πάλιν καθεύδοντι φαίνονται* ib. 3672 B. Prorsus autem Aristophanis Pluti scenam in memoriam revocat, quod legitur mir. 62, 3640 C: *καὶ νύκτωρ καθεύδουσα* (Rhodope quaedam) *βλέπει τοὺς μάρτυρας τὰς τῶν ἀρρώστων περιπολεύοντας φάλαγγας καὶ πᾶσι καθ' ἕνα προσβάλλοντας καὶ τὰς ἰάσεις ἑκάστῳ παρέχοντας καὶ τούτῳ μὲν τοῦτο, ἄλλῳ δὲ ἄλλο ποιεῖν ἐπιτάττοντας*. Uno igitur eodemque loco etiam hic aegroti prosternebantur, id quod ex altero quoque elucet mir. 21, 3484 B, ubi Martyria quaedam videt martyres *πρὸς αὐτὴν μετ' εὐλαβείας ἐρχομένους καὶ λέγοντας· τίνος ἕνεκεν οὕτω βοᾷς καὶ καθεύδειν οὐκ ἐᾷς τοὺς ἐν νόσοις ἐνθάδε προσμένοντας;* Quo loco qui proprie *ἀσθενούντων* appellati esse videntur erant *τόποι*, cf. 37, 3564 D.

Somniorum quae mane appareant vis (cf. p. 4) duobus perlucet locis. Mater quaedam, quorum filius alter serpentis ovo comeso vehementissimis cruciatur doloribus, martyres implorat: *ταῦτα καὶ τούτων πλείονα πρὸς τοὺς μάρτυρας λέγουσα καὶ δι' ὅλης νυκτὸς φέρουσα δάκρυα μικρὸν περὶ τὸν ὄρθρον ἀφύπνωσε, οὐκ ἀθυμίας καὶ κόπου νικηθεῖσα τοῖς βέλεσιν, ἀλλ' ἵνα τὴν τῶν ἁγίων θεάσοι ἐπίσκεψιν* 34, 3540 B. cf. de Ioanne subdiacono 37, 3565 A: *τούτων ἀκροατὴς τῶν ῥημάτων Ἰωάννης καθ' ὕπνους γενόμενος εὐθέως ἀνίσταται σὺν τῷ ὕπνῳ τὴν τύφλωσιν ἀποθέμενος· ἀναβλέψας γὰρ . . . τὸ φέγγος ὁρᾷ νεωστὶ τοῦ ἡλίου γενόμενον (ὄρθρος γὰρ ἦν).*

Martyres aut statim sanant aegrotos velut manibus eos tangendo: *οἳ τὰ λεχθέντα μόρια ἠρέμα πως ταῖς χερσὶ καταψήξεσιν φυγαδεύσαντες*[1]) 16, 3473 A. *ὁ τὸ ἧπαρ δὲ ταῖς ἀφαῖς ἰασάμενος* 61, 3637 C/D. *τῶν ὀμμάτων ἀψάμενοι καὶ φαρμάκοις οὐ παραγγείλαντες χρήσασθαι* 69, 3664 A; aut, quod est saepius, remedium praescribunt: *οὐ γὰρ τόδε ποιεῖν δι' ὁράματος ἢ τόδε προσέταξαν, ὡς ἔθος αὐτοῖς διαπράττεσθαι κτλ.* 41, 3581 C. *μήτε τι κελευσθεὶς διαπράξασθαι, ὥσπερ ἅπαντες οἱ παθόντες κτλ.* 48, 3601 C. Vim salutiferam ut oleum exhibet de lampade sacra sumptum ita cera sanctis consecrata; cf. 36, 3553 C: *καὶ δύναμιν αὐτὸ* (sc. oleum sacrum) *κατὰ νοσημάτων ἔχειν τιθέμεθα*[2]) nec non 1, 3425 D: *τῆς αὐτῶν κηρωτῆς*

---

1) Ubi tamen quaedam videntur deesse in textu (vel pro *φυγαδεύσαντες θεραπεύσαντες* legendum?).

2) Similiter s. Maximinus viro pede laboranti praecipit: *„de oleo, quod ante altare pendet in lampade, tolle"* e. q. s. A. s. mai. t. VII p. 30 E. Zacynthi die s. Marinae media missa sacerdos dementis ori oleum illinit ex lampade ante miraculosam quae ardet effigiem haustum, B. Schmidt D. Volksl. d. Neugr. p. 80. De Michaele cf. p. 65, de Cosma et Damiano p. 72. Denique de s. Eligio adicias quae leguntur Migne t. 87 p. 591 B: *„multae etiam sanitates ex eo qui*

ἡ παναλκὴς ἔμπλαστρος. Itaque τοῦ μὲν στομάχου ἔλαιον ἦν καὶ κηρωτὴ τὸ καθάρσιον, ἅπερ αὐτῶν τὴν σορὸν . . . καταλάμπουσι 1, 3428 C. (τὴν ἴασιν) κομίζεται (Calus quidam) ἐλαίῳ τῷ τῆς κανδήλας ἐκ προστάγματος ἀλειφόμενος 3, 3429 D. ἐλαίῳ τοὺς πόδας ἀλείφειν προστάττεται τῷ φωτὶ τῷ νυκτερινῷ τὴν σορὸν αὐτῶν καταυγάζοντι 7, 3436 C. κηρωτῇ καὶ συκαμίνοις ἐξιάσαντο (sc. mulierem) 10, 3449 D. ἐλαίῳ καὶ κηρωτῇ τοῖς τὸν πυρσὸν τὸν τὴν ἁγίαν αὐτῶν σορὸν φωτίζοντα τρέφουσιν τὸν πόδα τὸν πάσχοντα λιπαίνειν κελεύουσιν 22, 3485 C. ἐλαίῳ τὸ φέγγος ἀκοίμητον παρὰ τὴν αὐτῶν σορὸν ἀπαυγάζοντι ἢ κηρωτῇ τῇ κατὰ πάσης ἐχούσῃ νόσου τὸ δύνασθαι ἀλείφειν τὸν πόδα κελεύουσιν 50, 3609 D. τυρὸν αυτῷ τρῖψαι . . . καὶ κηρωτῇ συμμῖξαι . . . ἐπιτρέπουσι μάρτυρες 51, 3613/6. κηρωτῆς φαρμάκῳ προσήνωσαν 53, 3621 B. τῇ τῆς κηρωτῆς ἐπιθέσει διώξαντες (sc. τὴν τύφλωσιν) 65, 3649 B. τῆς οἰκείας αὐτῶν κηρωτῆς ἐλαίῳ λυθείσης τῷ τῆς ἐπιτυμβίου κανδήλας αὐτῶν περιττεύοντι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνιέναι κελεύουσιν 70, 3669 A. cf. 36, 3560 C. D.[1]) Neque vero mel deest: Marus quaedam puella vermibus laborat eamque οὕτως οἱ μάρτυρες μέλιτι ψιλῷ θεραπεύουσιν 10, 3449 D; cf. 6, 3436 A.

Subito apparent martyres, id quod proprie significatur illo ἐπιστῆναι (cf. p. 11) saepius adhibito (ἐφίστανται 8, 3437 D; 18, 3476 D. ἐπέστησαν 8, 3437 C. ἐπιστάντες 9, 3448 A; 25, 3496 A; 35, 3544 B; 69, 3661 D; 70, 3668 B), subito etiam evanescunt, avolant: ταῦτα . . . λέξαντες ἀφανεῖς ἀθρόως ἐγένοντο 13, 3465 A. καὶ ταῦτα μὲν εἶπον οἱ μάρτυρες καὶ εἰπόντες ἀπέπτησαν 34, 3540 B. καὶ ταῦτα μὲν κατ' ὄναρ εἰπόντες οἱ μάρτυρες ἔπτησαν 35, 3544 C. πάλιν ὡς ὄναρ ἀπέπτησαν 43, 3588 D.

Nonnumquam martyres apparent fulgentes (cf. p. 10 sq.): ἄνδρας γὰρ ἔβλεπεν (Martyria quaedam) ἐκ μόνων τῶν ἱματίων ἀστράπτοντας 21, 3484 B. χλαμύδα φορῶν ἀπαστράπτουσαν de Ioanne martyre sub specie Petri Alexandrini praetoriorum eparchi viso 70, 3668 C. cf. λευχειμονοῦσαν ἁγίων ὁμήγυριν 11, 3453 B. cf. 38, 3569 B; 70, 3672 D. Neque ἠπιότης iis deest (cf. p. 11 sq.): φαίνονται μειδιῶντες καὶ προσπαίζοντες 12, 3460 A. Martyria videt martyres in eodem somnio (cf. supra) προσηνὲς βλέποντας καὶ μειλίχιον 21, 3484 B. μειδιάσας de altero martyre 33, 3533 D. μάρτυρες παραστάντες καθεύδοντι πράως ὁμοῦ καὶ προσηνῶς διαλέγονται 39, 3572 D.

---

illic crescit olei liquore perficiuntur, ita ut quacunque quis teneatur infirmitate, cum ex eo peruunctus fuerit, statim fugiente tabo incolumitatem pristinam praestante Domino recipere possit". — In Cyri Ioannisque sacro oleum illud a multis eorum, qui ad mensam Dominicam non accedebant, pro corpore et sanguine Christi sumebatur, cf. 36, 3553 B/C.

1) Ubi illius lucernae, quae ante Salvatoris effigiem in Tetrapylo Alexandrino andet, adhibetur oleum.

οἱ μάρτυρες . . . μετὰ πάσης ἀπελογοῦντο πραότητος 42, 3585 C. μειδιάσαντες 46, 3597 A. δότας ἱλαροὺς τοὺς ἁγίους θεώμενος 70, 3669/72.

Offerunt se martyres fere monachorum habitu, v. 10, 3449 B. cf. 13, 3464 C; 38, 3565 D; 52, 3617 D; 70, 3669 A. Tamen quae mir. 14, 3468 A leguntur: martyres apparuisse ταῖς οἰκείαις μορφαῖς καὶ οὐ ξέναις χρησάμενοι, nonnumquam eos sub specie aliena visos esse demonstrant. Itaque videntur ἐν σχήματι Χριστοδώρου τοῦ τὴν διοίκησιν ἔχοντος 32, 3528 C. σχήμασιν ἰατρῶν 33, 3533 D. ἐν Ἰουλιανοῦ τοῦ διακόνου θέᾳ καὶ σχήματι 36, 3553 A. cf. ib. 3557 B. ἐν πρεσβυτέρων . . . μορφαῖς τε καὶ σχήμασιν 37, 3561 C. ἐν ἄρχοντος εἴδει . . . τοῦ τὴν Νικίου πόλιν (quae erat patria aegroti) ἰθύνοντος 38, 3569 A. Κῦρος ὁ μάρτυς ἐτύγχανεν ὁ τοῦ πατρὸς (sc. Ioannis) τὴν μορφὴν . . . ἀνελόμενος . . . Ἰωάννης δὲ . . . τὸν Ἀλεξανδρέα Πέτρον τὸν τῶν πραιτωρίων εἰκόνιζεν ἔπαρχον 70, 3668 C. Christodoro oeconomo una cum sanctis anargyris apparet Theodorus martyr: καθ' ὕπνους αὐτῷ παραγίνεται . . . ἀλλὰ ταῦτα μὲν καθ' ὕπνους ἐπράττετο, ὕπαρ δὲ κτλ. 8, 3441 A. C. Diaconum quendam videt per somnum Ioannes subdiaconus 37, 3564 D.

Aegrotus compluries admonetur a martyribus, cum somnio pro φαντασίᾳ habito non exsecutus est eorum praecepta: Theodorus quidam τῷ τούτων σηκῷ κατακλίνεται . . . οἱ δὲ . . . κοιμωμένῳ . . . παρίστανται καὶ φανέντες ἀσπίδα φαγεῖν ἐπιτρέπουσιν . . . ὁ δὲ . . . πονηρὰν εἶναι φαντασίαν νομίσας τὸ ὅραμα τῶν λεχθέντων οὐδὲν διεπράξατο. ἱκετεύοντι δὲ καὶ κλαίοντι πάλιν ἐν ὕπνοις ὀφθέντες οἱ ἅγιοι τὰ αὐτὰ ποιεῖν διετάξαντο . . . ὡς δὲ καὶ τρίτον φανέντες οἱ μάρτυρες τὴν ἑαυτῶν ποιεῖν οὐκ ἔπεισαν κέλευσιν . . . ἐλθόντες τὸ τέταρτον . . . φασὶ κτλ. 27, 3500 A. cf. δὶς δὲ τοῦτο ποιεῖν κελευσθεὶς δι' ὁράματος οὐ πεποίηκεν. τὸ τρίτον δὲ τῶν μαρτύρων εἰπόντων κτλ. 18, 3477 A. ὡς δὲ καὶ δὶς καὶ τρὶς τοῦτο δρᾶν τοὺς ἁγίους ἴδε κελεύοντας 28, 3505 B/C. παραστάντες αὐτῷ πολλάκις καθεύδοντι 36, 3549 C. δεικνύουσι δι' ὁράματος καὶ φανέντες . . . ἐκέλευον . . . πάλιν αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφάνησαν 38, 3569 A. B.

Saepius aliquamdiu negleguntur supplices: οὐκ ὀλίγου δὲ παρεκταθέντος χρονικοῦ διαστήματος μηδὲν ὀνήσας ἠθύμησεν 13, 3464 B. ἐνιαυτοῦ δὲ ἑνὸς διιππεύσαντος τῆς τῶν ἁγίων ἀρωγῆς ἠξιοῦτο καὶ χάριτος 37, 3561 C. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπὶ μῆνας τέσσαρας ἐλθόντα τὸν Στέφανον ἀνεπίσκεπτον εἴασαν 38, 3565 C. Eugenius, qui per somnium curatur a martyribus, tres mulieres videt ab eorum tergo conclamantes: τίνος ἕνεκεν, ἅγιοι, ἡμεῖς μὲν χρόνον ἔχομεν ἐνθάδε καθήμεναι καὶ ταῖς πληγαῖς ὀδυνώμεναι (τῶν γὰρ ἐκεῖσε κειμένων ἐτύγχανον, ὡς ταύτας ἐπέγνω μετ' ὄναρ ὁ ἄρρωστος) καὶ νοσημάτων οὔπω πεπαύμεθα· οὗτος δὲ κτλ. 42, 3585 B. διετῆ χρόνον ἀνὰ τῶν αὐτῶν σηκὸν διαιτώμενος 48, 3601 B. χρόνον ποιήσας συχνὸν ἕως οὗ Θεὸς

καὶ τῶν ἁγίων ἡ χάρις ἠβούλετο 56, 3628 B. cf. 62, 3640/1. — 41, 3581 C retardatur curatio, quo plures inter homines divulgetur: *χρόνον δὲ βραχὺν ἀναμείναντες οὐ τὴν θεραπείαν σκεπτόμενοι, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ τοιοῦτο πρᾶγμα θαυμάσιον εἰς ὀλίγους κομιδῇ καὶ λίαν ἀριθμουμένους ἀφίκοιτο, ἐμφανέστερον δὲ μᾶλλον τοῖς πλείοσι καὶ γνωριμώτερον γένοιτο.* Sunt qui omnino frustra exspectent sanationem, inter quos Nemesio ille caecus astrologos secutus, cuius manibus impositis alter caecus nomine Photinus visum recipit (28, 3505 C/D) vel Agapius paganus paralyticus a daemone correptus, qui dum domum denique reportatur mortem obit (32, 3529 B). Stephanus quidam Theodosii et Severi sectator oculis captus cena Dominica secundum ecclesiam catholicam sumpta sanatur. Cum vero a ministro interrogatus, num in hac fide perseverare vellet, domi se pristina dogmata esse secuturum responderet, a martyribus ut balneis uteretur admonitus quae mandaverant perfectis denuo visu privatur. cf. 38, 3568/9.

Alterum pro altero incubare posse nonnullis declaratur exemplis: matri remedium indicatur, quo filia sanetur 10, 3449. Parentibus Sarapammonis aegroti apparent: *τοῦτο κατ' ὄναρ εἰρηκότες τοῖς φύσασιν* 22, 3485 C. Matri pro filio incubanti videntur sancti 34, 3540. *ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀσθενούντων ἀδελφῶν ὄναρ ἐλθόντες οἱ ἅγιοι· εἰπὲ, φασί, τῇ βοώσῃ ταύτῃ μοναστρίᾳ . . . ὁ δὲ θεωρήσας τὸν ὄνειρον τῇ νοσούσῃ τοῦτον μεθ' ὕπνον ἀπήγγειλεν, ὡς οἱ μάρτυρες αὐτῷ διετάξαντο* 44, 3592 B. C. *φανέντες γὰρ τῇ μητρὶ τοῦ παιδός, ὡς ἐκάθευδεν, τοῦτον χρίειν . . . προσέταττον* 54, 3624 C. Ioanni diacono per somnum imperant martyres, ut aegrotum Theodorum Byzantio in templum suum arcessat: *Ἰωάνην τὸν διάκονον . . . δηλοῦν αὐτῷ δι' ἐνυπνίων παρώτρυναν ὡς αὐτοὺς ἐλθεῖν καὶ σωτηρίαν κομίζεσθαι* 60, 3636 B. *οἱ δὲ μάρτυρες νυκτὸς ἀφικόμενοι τῷ μὲν οἰκονόμῳ καθεύδοντι τὴν ἰατρείαν ἐπέταττον* (pro altero) 67, 3656 B.

Apparent sancti etiam extra ecclesiam suam: defatigatus quidam aegrotus *κατὰ τὸν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἀνεκλίθη περίβολον . . . ἐκεῖ δὲ πᾶσαν τὴν νύκτα αὐτῷ καθευδήσαντι κατ' ὄναρ . . . παρίστανται μάρτυρες* 14, 3468 A. Ioanni ante templum dormienti octo annis ibidem peractis videntur: *ἐπιστάντες γοῦν αὐτῷ νυκτός, ὡς ἐκάθευδεν, τὴν ὑγείαν παρέχουσι* 69, 3661 D. Georgio in templi latrinis somno oppresso se offerunt monentque eum, ut in stramentis suis dormiat; ter monitus *ἀνίσταται καὶ ἀλλόμενος ἔξεισι ἐκεῖσε καταλείψας τὸ νόσημα* 56, 3628 D. Theodoro Alexandriae in Tetrapylo (quo missus erat a sanctis, v. l. s. C: *εἴσελθε γοῦν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ τετραπύλῳ νῆστις* [cf. p. 14 sq.] *καθεύδησον*) per somnum apparent: *ἄφνω φανέντες οἱ μάρτυρες κτλ.* 36, 3560 D. Christodorus in Mareia stagno per tempestatem periclitatus martyres adorabat: *οἱ δὲ τῆς ἱκετείας ἀκούσαντες θᾶττον ἐπέστησαν· εἴργει γὰρ αὐτῶν τὴν*

ἀρωγὴν . . . τόπος οὐδείς[1]) . . . ὡς καὶ τότε Χριστοδώρῳ φανέντες καλέσαντι, ὁ μὲν ἠρεμεῖν τοῖς ἀνέμοις ἐκέλευσεν, ὁ δὲ ἡσυχάζειν ἐπετίμα τοῖς ὕδασιν κτλ. 8, 3437 C sqq. Theodorum in mari arena obrutum servant 53, 3621 A.

Domi apparent sancti Christodori oeconomi uxori, quippe quae marito persuadere conetur, ne martyrum templum administrandum suscipiat: κατὰ τοὺς ὕπνους τῷ γυναίῳ παρέστησαν κτλ. 9, 3444 D. Item apud Athanasiam, quae sanctis maledicebat, videntur eamque ad templum suum vocant, ut curetur: φαίνονται καθ' ὕπνον αὐτῇ παριστάμενοι καὶ . . . λέγοντες· ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς (εἰς οἶκον γὰρ ὑπῆρχε τὸν ἴδιον) καὶ τὴν ῥῶσιν ἡμεῖς σοι δωρούμεθα 29, 3512 D. Sanatur mulier et convertitur. — Cosmiana martyrum sacrum adgressura in itinere a diabolo per dolum e curru eicitur. Nihilo minus pervenit ad sanctos atque precatione peracta sic eos adloquitur: ταύτην (sc. τὴν εὐχήν) ὡς ἠβουλόμην τελέσασα πάλιν οἴκαδε πορεύομαι οὐκ ἄλλους ἰατροὺς τοῦ ἐμοῦ ποιησομένη νοσήματος, ἀλλ' ὑμᾶς ἐλθεῖν ἐκεῖσε προτρέπουσα καὶ τὴν ὑμῶν ἀρωγὴν ἀναμένουσα, ἵν' ὥσπερ ἐρρωμένην με τῆς ἑστίας εἰλήφατε, οὕτως ἐκεῖσε γιγνομένην ἰάσησθε. Quibus dictis abit ἀδιστάκτως πιστεύουσα, ὡς πάντως ἐλθόντες οἱ ἅγιοι κατ' οἶκον αὐτὴν θεραπεύσωσιν. ὃ καὶ γεγένηται . . . κατ' αὐτὴν γὰρ τὴν νύκτα σχήμασιν ἰατρῶν ἀφικόμενοι, τί ἂν ἔχοι, τὴν Κοσμιανὴν καθεύδουσαν ἤροντο κτλ. 33, 3533 C. D.

Etiam hic asseveratur illud ὕπαρ οὐκ ὄναρ (cf. p. 5), quod quidem ad martyrum visionem attinet: Isidori τὴν πίστιν οἱ μάρτυρες ἀγασάμενοι οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ αὐτῷ παραφαίνονται . . . ὁ δὲ τῶν ἐν τῷ νεῷ παρόντων τινὰς ὑπολαβῶν εἶναι τοὺς μάρτυρας κτλ. 4, 3432 B. Κῦρος . . . τῷ νοσοῦντι παρίσταται (in balneo), οὐκ ὄναρ, ὡς τοῖς πλείοσι φαίνεται, ἀλλ' ὕπαρ 52, 3617 C/D.

Somnium cum veritate coniungitur: ficum aegroto per somnum a martyribus praebitum proximo die uxor eius in lecto invenit: ὁ δὲ τὴν ἰσχάδα δεξάμενος ταύτην εἶναι τὴν καθ' ὕπνους αὐτῷ δοθεῖσαν ἀπήγγελλεν 5, 3433 B. Menas notarius per somnium a sanctis flagellatus ὡς ὕπαρ πληχθεὶς εἶχε τοὺς μώλωπας ('Schwielen') 39, 3576 C.

Ioannes quidam caecus[2]) καθεύδων ἑαυτὸν ἑστῶτα πρὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἔβλεπε μνήματος κτλ. 37, 3561 C. Sophronius εἰς εὐκτήριόν τι . . . ἑαυτὸν εἰσερχόμενον ἔβλεπεν 70, 3672 B: suum ipsorum corpus videre solent per somnum ambulantes secundum Koenigium De Aristidis incubatione p. 6 adn.

Dormiunt incubantes strato supposito in ipso solo: καὶ τεθεῖσα

1) cf. 35, 3545 D: οὐδὲν αὐτῶν τῶν ἐν κτίσμασιν ἄβατον, οὐκ οὐρανός, οὐ γῆ, οὐκ ἀήρ, οὐ πῦρ, οὐχ ὕδωρ, οὐ θάλαττα, ἀλλὰ πάντα διέρχονται τοὺς εὐσεβεῖς καὶ πιστοὺς διασώζοντες.

2) ταῦτα καθ' ὕπνους ὁ τέως τυφλὸς θεασάμενος 37, 3564 A.

μόλις εἰς τοὔδαφος ἔκειτ' ὀδύνην οἰμώζουσα 20, 3481 A. *ἡ δὲ . . . τῇ στρωμνῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀτενίζουσα* 5, 2433 B. *τῆς στρωμνῆς ἀνιστάμενος* 18, 3477 A. *ἐγερθεὶς τῆς στρωμνῆς* ib. *ἀπὸ τῆς στρωμνῆς ἀνιστάμενος* 23, 3488 D. *τῆς στρωμνῆς ἀναστάς* ib. *ἑαυτὸν ἐμβαλὼν . . . στρώμασι . . . ἀφύπνωσε* 36, 3557 A. *ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ὁ Ἰωάννης ἐκάθευδεν* 37, 3561 C. *ὕπνου δὲ καὶ στρωμάτων ἀναστάς* 42, 3585 D. *φανέντες γὰρ αὐτῷ καθ' ὕπνους καὶ στρωμνάς, ὡς εἰώθασιν* 43, 3588 D. *ἐκάθευδε Πιαμὼθ ἐπὶ στρώματα* 49, 3605 D. *ἐκάθευδεν δὲ ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ὁ διάκονος* 61, 3637 C. *φανέντες γὰρ αὐτῷ . . . ἐπὶ τῶν στρωμάτων καθεύδοντι* 65, 3648 D. *ἀναστὰς γὰρ μεθ' ὕπνον τοῦ στρώματος* 69, 3664 A. *νὺξ ἦν, καὶ Σωφρόνιος ἐπὶ τῶν στρωμάτων ἐκάθευδε* 70, 3669 A. *στρῶσις, στρωμναί* 67, 3653 B. C. — Anticus in ipsa terra incubandi ritus perlucere mihi videtur mir. 24, 3492 B: dives mulier atque pauper eodem tempore martyres adeunt; *ἡ μὲν γὰρ τὸν ὄγκον οὐκ ἀποβαλοῦσα τὸν μάταιον . . . ἐπὶ κλίνης πρὸ τοῦ μνήματος ἔκειτο· ἡ δὲ ἔξω πρὸ τοῦ πυλῶνος ἐκβέβλητο . . . οἱ δὲ μάρτυρες ἴσως ἀμφοτέραις ἐφαίνοντο.* Divitem vero adlocuntur hoc modo: *τί κατείληφας . . τὸν σηκὸν τὸν ἡμέτερον; ἀποκριθείσης δέ, ὡς ὑγείας τυχεῖν ἐπιθυμοῦσα καὶ ῥώσεως, εἰ θέλεις, φασίν, ταῦτα πρὸς ἡμῶν ἅπερ εἶπας κομίσασθαι, ἀποβαλοῦ σου τὸν κράβατον καὶ εἰς τοὔδαφος ἀνακλίθητι . . . καὶ τῇ μὲν ἤρκεσεν ἡ χαμαικοιτία πρὸς ἄκεσιν . . . ἅμα γὰρ ἡ τὸν θώρακα πάσχουσα* (dives illa) *ἐπὶ γῆς ἀνεκλίθη λιποῦσα τὸν κράβατον, τοῦ πάθους ἀπήλλακτο.*

Ne delectabilia desint, curationem adnectam Gesii medici, qui quamquam deridere solebat sanctos, tamen morbo affectus martyrum templum adgreditur. Ter ei apparent sancti neglecto remedio indicato; tertiam denique post noctem iussum exsequitur atque *τὸ σάγμα* (sc. *ὄνου*) . . *ἐπ' ὤμους καὶ νῶτον ἀράμενος κἂν τῷ τραχήλῳ φορέσας τὸν κώδωνα καὶ τὸν χαλινὸν ἐνθεὶς τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ στόματι τοῦ παιδὸς ὄπισθεν εἵπετο ἀνὰ τὸ τέμενος ἄγοντος κἂν τούτῳ τοὺς διαύλους ἀνύοντος (δέκα δὲ ἦσαν, ὥς φασιν οἱ μετρήσαντες), τὸ 'μωρός εἰμι' κράζων συχνότατα* 30, 3520 A. Hoc ubi praeceptum observavit, sanatus est.

Nil adiciendum esse putamus. Apparet Cyrum et Ioannem plane eodem modo quo Cosmam et Damianum per incubationem curasse aegrotos. Aesculapii iamata hic quoque saepius tibi veniant in mentem; quantopere hic incubandi usus cum veterum moribus congruat, elucet imprimis e mir. 27, 3500 A: *γνοὺς δὲ πάντας ὡς οὐδὲν πρὸς τὸ πάθος ἰσχύουσιν καὶ ἀπογνοὺς τὸ ὑπ' αὐτῶν λυτροῦσθαι καὶ σώζεσθαι*[1])

---

1) cf. p. 70, 5. E Cyri Ioannisque miraculis pro multis exscribimus 42, 3584 D: *λέγειν δὲ πάλιν καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ νοσήματος τῶν ἰατρῶν τὴν ἀσθένειαν ὡς πᾶσιν οὖσαν εὐσύνοπτον παραιτήσομαι· δήλη γὰρ αὕτη καθέστηκεν, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν.*

πρὸς Ἰωάννην καὶ Κῦρον τοὺς μάρτυρας τοὺς ὄντως ἀρωγοὺς καὶ σώζειν ἰσχύοντας ἔρχεται καὶ τῷ τούτων σηκῷ κατακλίνεται τὴν αὐτῶν ῥοπὴν ἐκδεχόμενος. Id quoque cum iamatis Epidauriis optime concinit, quod inter eos qui morbis laborantes adibant sacrum, feminae erant steriles, quae quidem a sanctis fecunditatem expeterent. cf. 34, 3537 C, ubi Dorothea quaedam (v. supra p. 82) de filio suo implorat martyres: *ἄλλαι γυναῖκες τέκνα μὴ ἔχουσαι πρὸς ὑμᾶς καταφεύγουσαι τίκτουσιν, ἐγὼ δὲ κτλ.*

Septuaginta illa miracula, quae modo perlustravimus, a Sophronio monacho, qui oculorum morbo affectus ad Cyri et Ioannis templum confugerat, sanitate recepta[1]) intra alteram saeculi septimi decadem sunt composita[2]), haud longe videlicet ante annum 619, quo propter Persarum invasionem Sophronius cum Ioanne Moschio archiepiscopo reliquit Aegyptum. Dispositio eorum est haec: 1—35 ad Alexandriae pertinent incolas, 36—50 ad Aegyptios et Libyes, 51—70 ad externos (extremum miraculum 70 de ipsius Sophronii curatione refert). Praeterea intra primum et alterum ordinem miracula sic inter se excipiunt, ut iucunda complectantur iniucunda[3]).

Quae miracula qua ratione sint composita, quamquam se ipsum adfuisse Sophronius 31, 3524 C asseverat[4]), optime docet dignissimum illud quod commemoretur miraculum tricesimum quintum, quo prima terminatur series. Agitur in hoc miraculo de defixione magica: vir quidam nomine Theophilus manibus pedibusque captus ad Cyri et Ioannis pervenit sacrum. Apparent ei martyres per somnium atque praecipiunt, ut primo diluculo ad mare egressus cum piscatore, quem in litore inventurus esset, pretium pacisceretur, quo ille rete pro ipso aquae immitteret. Quod caperetur sanitatem ipsi praebiturum. Mandatum perficit aegrotus. Fiscella autem a piscatore protracta inter emptorem et venditorem oritur lis: neque enim fiscellam piscator sed piscem se vendidisse dicit neque vero aegrotus de suo vult decedere iure. Oeconomo denique arbitro utuntur, qui omnium primum aperiri iubet fiscellam. Invenitur figura aenea quattuor clavis per pedes manusque transfixa; quibus extractis aegroti membra solvuntur. — Quibuscum conferas quae apud Suetonium leguntur de viris illustribus p. 122, 8 Reiff.[5]): „*veteres controversiae aut ex historiis trahebantur, sicut sane*

1) *ὅθεν εὐθὺς μετὰ τὴν ἴασιν τοῦτο ποιεῖται* (sc. Sophronius) *τὸ σύνταγμα* 70, 3673 C.

2) cf. Spic. Rom. III p. 129, 1 = Migne p. 3438, 18.

3) *τοῖς προλαβοῦσιν ἡδέσι τὰ παρόντα δηκτικὰ* (*δεκτικὰ* Migne, 'mordacia' in Anastasii interpretatione) *προσποιήσαντες ἑτέροις ταῦτα τερπνοῖς συγκαλύψωμεν* 32, 3529/32. *ἀρχὴν καὶ τέλος ἐχέτω φιλάνθρωπον* 50, 3608 C. A mulieribus in primo ordine bis incipitur, cf. 33, 3532 A. B/C.

4) *ἡμεῖς δὲ νῦν ὡς τότε παρόντες καὶ τὸ θαῦμα θεώμενοι κτλ.*

5) Locum mihi indicavit Usenerus.

nonnullae usque adhuc, aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset; itaque locorum etiam appellationibus additis proponi solebant. sic certe collectae editaeque se habent, ex quibus non alienum fuerit unam et alteram exempli causa ad verbum referre. 'aestivo tempore adolescentes urbani cum Ostiam venissent, litus ingressi piscatores trahentes rete adierunt et pepigerunt, bolum quanti emerent; nummos solverunt; diu exspectaverunt, dum retia extraherentur; aliquando extractis piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta. tum emptores bolum suum aiunt, piscatores suum.'" Vides igitur Sophronium in componendo de quo supra retulimus miraculo veteri rhetorum controversiae argumento usum esse; qua ex re quomodo de miraculis illis in universum sit iudicandum satis elucet.

Sed ad sanctos ipsos eorumque cultum oculos nostros convertamus. Non a principio Cyrus et Ioannes eo loco quiescebant, qui miraculis eorum postea inclaruit. Diocletiani temporibus[1]) cum Syrianus Alexandriam gubernaret[2]), Cyrus et Ioannes, hic miles civitate Edessena oriundus[3]), ille abbas de civitate Alexandria[4]) et medicinali arte a primaevo eruditus[5]), a paganis, quia Christi nomen nuntiabant, capti[6]), a Syriano variis tormentis frustra adhibitis capitis damnati, iudicio effecto in sancti Marci sacro Alexandrino reconditi sunt[7]). Postea vero imperatore Theodosio Minore, episcopo Alexandriae Cyrillo corpora eorum e Marci sacro in vicum Menuthis sollemniter sunt translata[8]).

---

1) v. Petri Parthenopensis Passionem Cyri et Ioannis Spic. Rom. t. IV p. 269. 270. Διοκλητιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος Sp. R. IV 234 = Migne p. 3681 B.

2) Syrianus „*tunc a praedictis principibus* (Diocletiano et Maximiano) *illis in partibus ad christianorum necem ordinatus erat*" Spic. Rom. IV 271.

3) ib. IV 271. στρατιώτης ἐτύγχανεν Sp. R. III 28 = Migne p. 3392 C.

4) Sp. R. IV 270.

5) ib. ἰατρὸς τὴν τέχνην Sp. R. IV 231 = Migne p. 3677 B. cf. p. 68, 7.

6) συνελαμβάνοντο μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ἀθέων οἱ ἔνθεοι Διοκλητιανοῦ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς βασιλεύοντος, Συριανοῦ δὲ τῆς Ἀλεξανδρέων ἄρχοντος πόλεως Sp. R. III 45 = Migne p. 3400 C.

7) De vita ac martyrio sanctorum Cyri et Ioannis omnino conferenda sunt: 1. Sophronii Laudes in ss. Cyrum et Ioannem, Spic. Rom. III 1—96 = Migne p. 3379—3422. 2. Vita etc. C. et I. Sp. R. IV 230—241 = Migne p. 3677—3690. 3. Altera vita acephala Sp. R. IV 242—248 = Migne p. 3689—3696. 4. ss. C. et I. passio auctore Petro Parthenopensi Sp. R. IV 268—280. — Capita martyrum deciduntur: Sp. R. III 62 = M. 3408 B; Sp. R. IV 237 = M. 3685 A; Sp. R. IV 244 = M. 3692 C/D. Sp. R. IV 280. — In Marci sacro reconditi: Sp. R. III 63 sq. = M. 3408 C. D. Sp. R. IV 237 = M. 3685 B. Sp. R. IV 245 = M. 3693 A. Sp. R. IV 280.

8) Quae μετάθεσις narratur Sp. R. III 65 sqq. = M. 3409 sqq.; Sp. R. IV 240 sq. = M. 3688 sq.; Sp. R. IV 245 sqq. = M. 3693 sq.; Sp. R. IV 280. Sequor equidem in enarrando Sp. R. III 65 sqq. = M. 3409 sqq., adnotabuntur quae deflectunt.

Apparebat enim in vico illo prope Canopum sito quidam eiusdem nominis daemon[1]), qui oraculis nec non remediis indicandis christianorum quoque nonnullos a recta via declinabat: *δαίμων τις ζοφερὸς καὶ Αἰγύπτιος ἀνεφαίνετο Μενουθὴς* (l. *Μένουθις*) *τοὔνομα κώμην οἰκῶν τὴν ἐπώνυμον, θήλεως μορφὴν προσποιούμενος... οὗτος ὁ δαίμων ὁ σκοτεινὸς ὡς Αἰγύπτιος, ὁ θηλύφρων ὁμοῦ καὶ θηλύμορφος . . . προφητεύειν καὶ νόσους ἰατρεύειν . . . ἐτερατεύετο φάσμασιν* Sp. R. III 66 sqq. = M. 3409 B. (*Κανώπου*) *ἀφεστῶσαν κώμην σημείοις δύο Μενουθῆ*(?) *εἶχεν οὕτω καλούμενον εἴδωλον, ἐν ᾧ φανερῶς ἐνήργει τὰ πνεύματα* Sp. R. IV 240 = M. 3688 D. *ἐν ᾧ γὰρ τόπῳ ὑπῆρχεν τὸ τῶν ἁγίων Κύρου καὶ Ἰωάννου εὐκτήριον, πρὸς ταῖς ψάμμοις δαίμων ἀκάθαρτος ἐπεφαίνετο ἐν εἴδει θηλείας ποιῶν φαντασίας πολλὰς καὶ μαντείας δοκῶν λέγειν . . . καὶ ἐπιταγάς τινων φαρμάκων τερατευόμενος . . . ἐπωνόμαζον δὲ αὐτὸ* (sc. *τὸ δαιμόνιον*) *οἱ Αἰγύπτιοι Μενουθῆ*(?) Sp. R. IV 245 sq. = M. 3693 B. C. Christianos quoque a daemonio illo pellectos esse iisdem exhibetur fontibus: *πολλοὺς τὸ εἰδεχθὲς τοῦτο δαιμόνιον ταῖς ἀπάταις παρέσυρεν καὶ προσκαλεῖσθαι* (l. *προσκαθῆσθαι* 'aram . . . residere' in interpretatione latina) *αὐτοῦ τῷ βωμῷ ἐλπίδι ῥώσεως ἢ προφητείας ἀνέπειθεν, οὐ μόνον ἀπιστοῦσιν* (l. *ἀπίστους*) *καὶ πάντῃ τοὺς* (l. *τοῖς*) *αὐτοῦ προσκειμένους κελεύσμασιν, ἀλλὰ καὶ πιστοὺς καὶ Χριστοῦ τὰ σύμβολα φέροντας* Sp. R. III 69 = M. 3409 sq. *χριστιανούς τέ τινας ἁπλουστέρων ἐκεῖσε προφάσει ῥώσεως αὐτομολοῦντας ἐκκόψαι* (*φροντὶς ἦν Κυρίλλῳ*) Sp. R. IV 240 = M. 3688 D. *πολλοὶ οὖν ἑάλωσαν τῇ τοῦ πονηροῦ πνεύματος κεκρυμμένῃ παγίδι* Sp. R. IV 246 = M. 3693 C. Quae cum ita essent, Cyrillus episcopus Deum adoravit, ut malum illud opprimeret daemonisque phasmata destrueret. Tum noctu ei dormienti apparuit angelus Domini Cyrique[2]) reliquias e Marci sacro Alexandrino in evangelistarum transferri iussit templum, quod Theophilus quondam episcopus Alexandrinus in eo ipso vico Menuthis exaedificaverat, ubi daemonium versabatur; quo facto id quidem devictum iri. Cyrillus cum iussum exsecutus Cyri sepulcrum aperiret, coniunctum cum eo invenit Ioannem. Utrumque igitur corpus cum multis clericis in evangelistarum templum transportavit[3]) ibique recondidit[4]).

---

1) Vicus a daemone nomen duxit secundum Sp. R. IV 241 = M. 3689 A: *οὕτω* (sc. *Μένουθις*, antecedunt *ἐν τῇ Μενουθῆ* [*Μενούθι?*]) *γὰρ καὶ τὴν κώμην ὠνόμαζον αἰδοῖ καὶ φίλτρῳ τῆς δαίμονος.* cf. Sp. R. IV 246 = M. 3693 C: *οὕτω γὰρ τὸν τόπον λοιπὸν ἐκ τοῦ ἐπιφαινομένου δαίμονος ἐπωνόμαζον.* Verius erit contrarium; v. infra. — *„Menuthis, quod latine simulacrum daemonis dicitur“* P. P. Sp. R. IV 280. — De daemonibus ibidem habitantibus loquitur Petr. Parth. Sp. R. IV 280.

2) Cyri et Ioannis Sp. R. IV 246 = M. 3693 D.

3) *ἐν καθαραῖς συνδόσιν εἱλήσας* Sp. R. IV 247 = M. 3696 A/B. cf. p. 25.

4) Nonnihil diversum quod apud Petr. Parth. legitur (Sp. R. IV 280): *„Cyrillus . . . angelica visione commotus ad honorem Domini et horum sanctorum*

Vix sancti eum in locum pervenerant, cum daemonium taetrum sine ulla pugna in orcum fugaverunt: *ἐνταῦθα γὰρ ἐλθόντες οἱ ἅγιοι καὶ τοῖς εὐαγγελισταῖς γενόμενοι σύσκηνοι πρῶτον μὲν ἐξ αὐτῆς εὐθὺς τῆς εἰς τὸν ἱερὸν τοῦτον σηκὸν ἐπιβάσεως εἰς φυγὴν τὸ δαιμόνιον ἔτρεψαν εἰς τάρταρον ἐκ γῆς ἐκδιώξαντες* Sp. R. III 78 = M. 3416 A. Daemonii ministri quique eius phasmata venerati erant ad novam et veram fidem convertuntur, sacrum foedissimum sub terram removetur arenaque obtegitur: *τὸ βδελυρὸν ἐκεῖνο τοῦ δαίμονος τέμενος, ἐν ᾧ τὰς ψευδεῖς φαντασίας ὁ δραπέτης εἰργάζετο . . . καὶ τὸ γυναικόμορφον ἵστατο ξόανον, παραλίᾳ ψάμμῳ κατέχωσαν καὶ . . . ὑπὸ χθόνα κατέκρυψαν* Sp. R. III 80 = M. 3416 B. Ipse denique vicus, in quo colebatur daemonium, deletur martyrum nutu: *συνήπτετο ὁ τοῦ δυσαγοῦς αὐτοῦ κτήματος ὄλεθρος, ὃ τῆς δαίμονος ὑπῆρχεν ἐπώνυμον, καὶ τῶν μυσαρῶν αὐτῆς τελετῶν μιαρὸν ἐνδιαίτημα· τοῦτο γὰρ ψάμμος καὶ θάλαττα μαρτύρων ἐμερίσαντο νεύματι* Sp. R. III 81 = M. 3416 C. Daemone depulso cum martyrum miraculis inclaresceret locus, mox omnibus ex partibus mundi ad salutiferum eorum templum confluebant homines Dei sanctorumque laudaturi potentiam[1]).

Maxime sane floruit Cyri et Ioannis sacrum: ipsa miracula permulta huius rei praebent testimonia. Multitudo aegrotorum servis saepius adiunctis[2]) continuo sanctorum expetebat auxilium[3]); interdum

---

martyrum gloriosam ecclesiam e d i d i t *in loco qui appellatur Menuthis . . ., ut per merita sanctorum daemones, qui illic habitabant, effugarentur.* p o s t h a e c *autem perrexit cum magna caterva catholicorum levansque eadem praedicta corpora in eadem basilica collocavit.*" Itaque hic primum ecclesia aedificari ab angelo viso iubetur, tum demum ecclesia a Cyrillo exstructa martyrum corpora ex Alexandria transferuntur.

1) Quomodo martyres de daemonio illo triumphaverint, optime legis in vita acephala Sp. R. IV 247 sq. = M. 3696 B. C: *οὔπω δὲ σχεδὸν τῷ τόπῳ ἐπέστησαν οἱ γενναῖοι τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται Κῦρος καὶ Ἰωάννης, καὶ κατὰ τοῦ ἐκεῖσε ἐμφωλεύοντος πονηροτάτου δαίμονος ἀνεγείρειν ἤρξαντο τρόπαια· πολλοὺς γὰρ δαιμονιῶντας καὶ ἀσθενίαις ἄλλαις κεκρατημένους ἐν τῷ τὴν κατάθεσιν τῶν ἁγίων λειψάνων γίνεσθαι ἐθεράπευσαν. καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἱερεῖς τοῦ ὀλεθρίου δαίμονος τῆς ψυχικῆς πλάνης ἰάσαντο, ὥστε παραυτὰ προσελθεῖν αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ καὶ τῷ λουτρῷ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθαγνισθῆναι καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν μᾶλλον δὲ μιαρὸν*(!) *τοῦ ὀλεθρίου δαίμονος σὺν τῷ ἐν αὐτῷ ἀγάλματι καὶ τῷ βωμῷ ἀφανὲς κατασταθῆναι· ἡ γὰρ παρακειμένη ψάμμος, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ θάλασσα τῇ ἐνεργείᾳ τῶν ἁγίων μαρτύρων τοῦτο ἐπόρθησαν καὶ ἀφανὲς ἐποίησαν, ἡ μὲν ἐπικλύζουσα, ἡ δὲ καταχώσασα· ὡς ἄδηλον τὸν τόπον παντάπασιν γίνεσθαι. τοσαύτη δὲ χάρις ἀντὶ τῆς πρὶν ἀπάτης διὰ τῆς ἐπιστασίας τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐπήνθησεν, ὡς ἐκ περάτων τῆς οἰκουμένης πρὸς τὸ τοῦ Κύρου καὶ Ἰωάννου εὐκτήριον τοὺς ἀσθενεῖς κατεπείγεσθαι καὶ πάντας τοὺς πίστει προστρέχοντας ἀντιλαμβάνειν τῶν παθημάτων τὴν ἴασιν.*

2) *οἰκέται* commemorantur 30, 3517 D. *παῖς* ib. 3520 A; 32, 3528 D (qui idem videtur esse atque *ὑπηρέτης*, de quo ib.). *νεύμασιν ἅπαντα καὶ ψελλίσμασιν τοῖς* δ ι α κ ο ν ο υ μ έ ν ο ι ς *αὐτῷ διεσάφησεν* ib. Qui non templi videntur esse ministri, quippe quibus adici soleat illud *τῷ νεῷ* vel similia, cf. p. 93, 7.

3) *τῶν . . . κατακειμένων ἀσθενῶν τὸ πλῆθος* 9, 3445 A.

adeo iis repletum erat templum, ut ceteris hospitibus in sacrario esset morandum[1]). Mirabiles cum fiunt curationes, adest aliorum hominum qui in sacro versantur caterva, quorum omnia quae a sanctis efficiuntur suis conspicere oculis vel maxime interest. Precationibus inter se adiuvant incubantes, quod cognosci potest e mir. 32, 3524 B, ubi legis haec: *εἶχε δὲ καὶ πάντας αὐτῷ τοὺς ἐν τῷ νεῷ συμπρεσβεύοντας καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιουμένους σὺν δάκρυσιν καὶ πληροῦντας φιλάδελφον πρόσταξιν τὸ 'εὔχεσθαι* (l. *εὔχεσθε*) *ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῇ τε* (l. *ἰαθῆτε*)'. Dorothea per somnum a martyribus monita filium qui serpentis ovum comeserat loco indicato prosternit *πλήθους πολλοῦ παρεστῶτος περιμένοντος ἰδεῖν τὴν ἀπόβασιν* 34, 3540 C (cf. ib. 3541 A). Contra cum haereticus quidam ad cenam Dominicam secundum ecclesiae catholicae ritum accedere recusaret, *παρὰ τῶν ἐν τῷ νεῷ θόρυβος κατ' αὐτοῦ πολὺς διηγείρετο* 32, 3529 A. — Signis marmoreis exornatum erat templum[2]), quae Christi, Ioannis Baptistae, Cyri martyris, aegrotorum ipsorum effigies exhibebant; res variae in curationum mirabilium memoriam servatae ac propalam collocatae supplicibus inenarrabilem praedicabant sanctorum potentiam[3]). Sacri negotia permagno ministrorum numero cordi erant; quibus omnibus praeerat oeconomus ab ecclesia Alexandrina constitutus, qui suffiendi imprimis munere fungebatur[4]). Sophronii temporibus Christodorus[5]) ab Eulogio episcopo Alexandrino oeconomus factus est, consenserunt cum Eulogio successores eius Theodorus

1) *ἐν τῷ σεπτῷ τοῦ τεμένους ἱερατείῳ κατέκειτο, ἔνθα καὶ πάντες οἱ ξενιζόμενοι μένουσιν τόπον ἕτερον διὰ τὸν ἐνόντα τῶν νοσούντων λεὼν μὴ εὑρίσκοντες* 37, 3564 D. — Causidicus quidam occurrit 28, 3505 C.

2) *Νεμεσίων . . . μέρος τι τοῦ τοίχου πλησίον τοῦ μνήματος μαρμάροις ἐκόσμησεν, Χριστὸν ἐν ταύταις* (*τούτοις*?) *καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν τε καὶ Πρόδρομον καὶ Κῦρον τυπώσας τὸν μάρτυρα καὶ ἑαυτὸν τὴν ἐπὶ τούτῳ χάριν κηρύττοντα* 28, 3505/8.

3) Sic lapis ovo par magnitudine a sanctis ex Antonii Thebani corpore remotus ante arcam sacram pendebat: 48, 3604 B/C. cf. 1, 3425/8.

4) *παριόντος τοῦ οἰκονόμου καὶ μετὰ χεῖρας τὸ θυμιατήριον ἔχοντος καὶ θυμιῶντος τὸ τέμενος* 31, 3524 A. *Χριστοδώρου γὰρ θυμιῶντος τῇ τρίτῃ τὸ τῶν ἁγίων μαρτύριον* (*οἰκονόμος γὰρ οὗτος ἐτύγχανεν*) ib. B. *ἔβλεπεν ἐν σχήματι Χριστοδώρου* (sc. *τοὺς μάρτυρας*) *τοῦ τὴν διοίκησιν ἔχοντος τὸν νεὼν περιάγοντας καὶ θυμιῶντας Θεῷ θυμιάμασι* 32, 3528 C. *τοῦ οἰκονόμου κατὰ τὸν καιρὸν παριόντος τοῦ θυμιάματος καὶ τὸ θυμιατήριον ἔχοντος* ib. D.

5) *ὃς ᾠκονόμει τῶν ἁγίων τὸ τέμενος* 8, 3437 A. (cf. 37, 3564 D et adn. 4.) *ἐφ' οὗ καὶ τὰ τοῖς μάρτυσι δρώμενα γράφεται τέρατα* ib. B. Est Christodorus ille, qui Mareia in stagno procella exorta a martyribus servatur, v. mir. 8. cf. p. 85 sq. Uxori eius, cum ab oeconomi munere suscipiendo retinere eum studeat, apparent sancti, mir. 9. cf. p. 86. Sub specie eius videntur Cyrus et Ioannes per somnum, mir. 32. cf. p. 84. Arbitri loco in lite advocatur inter aegrotum et piscatorem nata, mir. 35. cf. p. 88. Pro altero aegroto ei remedium a sanctis indicatur, mir. 67. cf. p. 85.

et Ioannes[1]). Oeconomo adiunctus erat notarius[2]). Praeterea occurrunt Ioannes *διάκονος*[3]), cuius domicilium cum ipso templo erat coniunctum[4]), Ioannes quidam *τῆς θεραπείας τοῦ τῶν ἁγίων προϊστάμενος μνήματος* (40, 3576 D), *θυρωροί*[5]) (67, 3653 C) vel *πυλωροί* (ib. D), *ὑποδιάκονος*[6]), denique in universum sic appellati *τῷ νεῷ διακονούμενοι*[7]). Inter quem ministrantium numerum haud pauci inveniebantur eorum, qui gravibus morbis sanctorum ope liberati hoc modo gratias suas persolverunt. Id quod cum e voce *λειτουργῶν* elucet muneri suscepto addita[8]), tum pluribus exemplis confirmari potest[9]). Notissimus Sophronii temporibus erat Georgius senex, qui sexaginta septem per annos in sacro versatus erat *χρόνον τινὰ τοῦ ναοῦ θαυμαστῶς ἡγησάμενος* 51, 3613 B/C. Accidit, ut ipsi sancti retinere velint in sacro suo, quem modo curaverint; sic caeco Ioanni subdiacono per somnum dicunt: *τὸ λοιπὸν οὖν ἐνθάδε τῶν μυστηρίων Χριστοῦ μετελάμβανε* (l. *μεταλάμβανε*) 37, 3561 D. Iusso effecto tribus diebus post sanatur Ioannes, domum vero dum contendit, in itinere denuo oculorum luminibus privatur. Reversus ad sacrum *ἀναβλέψας δουλεύει τοῖς μάρτυσι* (3564 C); neque tamen iterum penitus curatur, *ἵνα τοῦτον ἄλλοι θεώμενοι ἑαυτῶν ἀσφαλέστεροι γίγνοιντο* 3565 B. Inter hos martyrum 'servos' denique commemorandi sunt *φιλόπονοι* illi, qui a ministris modo tractatis non diversi fuisse videntur: erant ipsi quoque ex aegrotorum qui convaluerant numero[10]).

Sacrum illud Cyri et Ioannis eo magis adeo florere potuisse miraberis, cum intelleges qua ratione martyrum cultus postmodum

---

1) cf. 8, 3437 A. B.

2) *Μηνᾶς δὲ ὁ Χριστοδώρου τοῦ τῶν ἁγίων οἰκονόμου νοτάριος* 39, 3576 A. *ὁ νοτάριος ὁ Χριστοδώρῳ καὶ τῇ τῶν ἁγίων οἰκονομίᾳ διακονούμενος* de eodem Mena 40, 3576 D.

3) *Ἰωάννου μὲν τοῦ διακόνου τοῦ τῶν ἁγίων τεμένους* 11, 3452 B.

4) *παρέκειτο γὰρ αὐτῷ* (sc. *τῷ τεμένει*) *τὸ δωμάτιον, καὶ διὰ τοῦ νεὼ τὴν εἰς οἶκον εἴσοδον ἐποιεῖτο καὶ ἔξοδον* ib. D.

5) Caloëtes quidam ianitor a martyribus per somnum flagellatur, quia ad Georgium aegrotum medicum adduxerat 67, 3656 B.

6) *λειτουργῶν ὡς ὑποδιάκονος ἐν τῷ σεπτῷ τῶν ἁγίων οἰκήματι* 36, 3549 A.

7) *οἱ τότε τῷ νεῷ διακονούμενοι* 1, 3425 D. *οἱ τῷ νεῷ διακονούμενοι* 67, 3653 B.

8) v. adn. 6. cf. 67, 3653 D: *πυλωροὶ . . . καὶ οἱ τὴν λειτουργίαν τῶν ἁγίων ποιούμενοι.*

9) Ioannes Byzantius *ἰαθεὶς καὶ ῥυσθεὶς τοῦ νοσήματος χάριτος ἕνεκα διὰ βίου δουλεύειν τοῖς ἁγίοις ὑπέσχετο* 11, 3453 A. *ὑπὲρ ὧν ἁπάντων εὐχαριστῶν δουλεύει σπουδαίως τοῖς μάρτυσιν* (Theodorus subdiaconus) 36, 3561 A. Ioannes Libys *τυχὼν τῆς λυτρώσεως τῶν σεσωκότων ἁγίων δοῦλον ἑαυτὸν ἀπεγράψατο . . . καὶ . . . τὸ τῶν ἁγίων μαρτύριον ᾤκησεν* 40, 3577 A. Tribunus caecus sanatus *παρ' αὐτοῖς* (sc. *τοῖς ἁγίοις*) *τὸν ἐπίλοιπον τοῦ βίου χρόνον κατῴκησεν* 46, 3596 D. cf. e Cosmae et Damiani miraculis, quae in cod. Vindob. exstant: *ἰαθεὶς ὁ ἀνὴρ ἔμεινεν μέχρι τοῦ παρόντος πλησίον τῶν ἁγίων τὴν οἴκησιν ἔχων.*

10) *ἐξ αὐτῶν δέ εἰσι τῶν ἀσθενῶν οἱ δυνάμενοι* 35, 3544 C.

celeberrimus sit institutus. Etenim monendum est cultum illum ab ecclesia Alexandrina[1]) vel potius a Cyrillo episcopo ex nihilo, ut ita dicamus, factum esse. Ex iis, quae supra p. 89 sqq. fontes secuti enarravimus, hoc quidem satis clarescit in vico Menuthis paganum quendam exstitisse cultum, qui ecclesiae christianae maximo erat detrimento. Neque enim solum e regione illa, ubi martyrum non haberent sacrum, abierunt christiani[2]), sed ipsi quoque spe recipiendae sanitatis pellecti si morbis correpti erant, ad paganorum templum se conferebant. Cui rei eam tantum medelam afferri posse denique intellexit Cyrillus, ut pro deo ethnico eodem loco christianorum institueretur martyrum cultus, qui itidem Deo tamen adiutore omnipotenti sanare possent aegrotos[3]). Itaque opus erat aliquos quaerere martyres[4]). Atque invenit Cyrillus in s. evangelistae Marci sacro Alexandrino duorum 'martyrum' reliquias neque vero inter se discretas, ita ut coniunctae essent transportandae[5]). Martyres illi plane erant ignoti: cum nomina eorum a Cyrillo in extrema oratione pridie eius diei, quo cultus sollemniter institutus est, habita[6]) populo nuntiantur: *καλοῦνται δὲ Κῦρος καὶ Ἰωάννης* (Sp. R. IV 250), tum omnia, quae de eorum vita et martyrio postea tradebantur quaeque scriptis p. 89, 7 a nobis enumeratis insunt, ad unum recurrunt clarissimum illum episcopum Alexandrinum[7]). Cui rei declarandae egregium accedit testimonium in Sophronii miraculis nobis servatum (29, 3508 sq.): Athanasia quaedam *εἰς Κῦρον καὶ Ἰωάννην πίστιν οὐκ ἔχουσα . . αὐτοὺς ἐκωμῴδει συχνότερον καὶ μὴ εἶναι μάρτυρας ἔλεγεν μηδὲ διὰ Χριστὸν ἠθληκέναι ἢ παθεῖν ἀπεφήνατο, ὃ τῆς ἐσχάτης ἐστὶν ἀθλιότητος. εἴτε δὲ πλάνῃ τινὶ κρατουμένη καὶ φάσμασιν Ἑλληνικοῖς ὑποκλίνουσα οὕτω τοὺς ἁγίους διέσυρεν, εἴτε δὲ φρενὸς καὶ καρδίας ἁπλότητι διὰ τὸ μὴ φέρεσθαι γραφὴν τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῖν ἀπαγγέλλουσαν, μόνην δὲ τοῦτο βοᾶν τοῦ Κυρίλλου τοῦ θείου θεόπνευστον σάλπιγγα, λέγειν οὐ δύναμαι· πλὴν ἑκάτερον ἀσεβὲς καὶ ἀπαίδευτον . . . εἰ γὰρ μόνους σχοίημεν μάρτυρας, οὓς ἐν ὑπομνή-*

---

1) Oeconomum sacri ab episcopo Alexandrino eligi supra attigimus.

2) *ἀπίησαν γὰρ οὐκ ἔχοντες μαρτύριον εἰς ἑτέρους τινὰς τόπους* Sp. R. IV 249 (in Cyrilli oratione).

3) *τὰ μέρη* (= regio) *ταῦτα ἔχρηζεν ἰατρῶν θεραπευόντων διὰ Θεοῦ* ib.

4) *διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἐζητήσαμεν ἁγίων μαρτύρων λείψανα· εὕρομεν τοίνυν* ib. Sermonis libertas laudabilis.

5) ib. 250.

6) cf. Sp. R. IV 241 = M. 3689 A: *τὴν τῶν μαρτυρικῶν λειψάνων μετάθεσιν ποιησάμενος καὶ λόγους μικροὺς τῷ φιλοχρίστῳ λαῷ οὗτος προσφθεγξάμενος, οὓς καὶ παραθήσομεν*. Deleas *οὗτος*, quam vocem interpolatam esse iam neglecta indicat clausula didactylica: cf. *μετάθεσιν ποιησάμενος, λαῷ προσφθεγξάμενος, καὶ παραθήσομεν*.

7) cf. ib.: *διὰ τοῦ ἑνὸς ἀμφοτέρους ὀνόματος τοὺς δύο μάρτυρας σημάνας ὁ ἄγγελος, ὡς ἐκ τῶν Κυρίλλου τοῦ μακαρίου δειχθήσεται.*

μασιν ἔχομεν, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν ὀλίγους αὐτοῦ τῶν παθῶν κοινωνοὺς ποιησάμενος . . . εἰ γὰρ καὶ μηδ' ὅλως εἰσὶν ὑπομνήματα, ἵνα καὶ τὴν Κυρίλλου παρήσω διάλεξιν τὸ πᾶν ἀρκοῦσαν πιστώσασθαι, τὰ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἁγίων κηρύττοντα καὶ τὴν κλῆσιν αὐτῶν ὑποφαίνοντα, τὸ πλῆθος ἐχρῆν τῶν δυνάμεων τῶν δι' αὐτῶν ἀδιαλείπτως γινόμενον (l. *γινομένων*) *παρασχεῖν αὐτοῖς μαρτύρων ὑπόληψιν κτλ.* Quibus e verbis apparet fuisse homines, qui Cyrum et Ioannem martyres esse non crederent, quod vero maximi momenti: nulla exstitisse de sanctorum illorum martyrio documenta praeter eas quas Cyrillus episcopus habuit orationes. Quod tamen rerum eventui von obfuisse supra vidimus.

Probabile videtur Cyrum et Ioannem martyres ad Cosmae et Damiani exemplum esse constitutos. Quorum sanctorum quam notae fuerint curationes e Sophronii miraculis 30, 3520 C cognosci potest, ubi delectabile illud affertur *θαῦμα* de muliere muta et viro paralytico p. 72 a nobis commemoratum. Eodem loco clarescit omnino huius illius sanctorum paris miracula inter se confusa esse, qua re natura eorum atque indoles denuo optime illustratur: *φασὶ δὲ καὶ Κοσμᾶν καὶ Δαμιανὸν τοὺς ἁγίους συνιατροὺς καὶ συμμάρτυρας τοιοῦτόν τι διαπράξασθαι* (actum est de Gesii medici curatione, cf. p. 87), *ὥσπερ καὶ τοῦ παρέτου καὶ τῆς ἀλάλου γυναικός. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Ἑβραίας τῆς ἐχούσης τὸν καρκίνον ἔσω κρυπτόμενον Κῦρος καὶ Ἰωάννης πεπράχασι, ἅπερ πολλοὶ ὡς χθὲς γεγονότα μέμνηνται καὶ κηρύττουσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς καὶ τοῖς ἐκείνων ἐγγεγραμμένα θαύμασι παρεδράμομεν, τὸ παρὸν δὲ τεράστιον ὡς μὴ γραφὲν ἐν αὐτοῖς ἡμεῖς ἀνεγράψαμεν. καὶ θαυμαζέτω μηδεὶς εἰ ἀλλήλοις οἱ ἅγιοι τὰ αὐτὰ διαπράττοντες* (l. *διαπράττονται*) *θαύματα· ἐκ μιᾶς γὰρ πηγῆς Κῦρός τε καὶ Ἰωάννης, Κοσμᾶς τε καὶ Δαμιανὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀρύονται τὰ ἰάματα*[1]) *κτλ.* Itaque miraculum Gesii curationi simile ad Cosmam quoque et Damianum relatum est, alterum de muliere Iudaea quod agitur, a Sophronio, quia inter eorundem sanctorum curationes receptum esset, omissum profecto invenitur apud Wangnereckium p. 314 sub nr. 2. Adici potest similitudinem quandam etiam inter Cyri Ioannisque 52. et Cosmae Damianique 12. intercedere miracula. Illud quoque fortasse huc referri potest duobus locis Ioannem Cyri fratrem appellari[2]). Quod vero graviori est argumento, Cyrus et Ioannes eodem anargyrorum cognomine ornantur, quod ipsorum Cosmae et Damiani erat proprium, quippe qui gratiis curarent aegrotos.

---

1) Sic interpungendum. Migne praebet: (*ἐκ μιᾶς . . . Χριστοῦ*) *τοῦ . . . ἰάματα.*

2) *Κῦρος εὐθὺς ἀναφαίνεται Ἰωάννην σὺν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν ἐπαγόμενος* 8, 3441 B. *Κῦρος ἦν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν δεξιὸν ἐπαγόμενος* 70, 3669 B.

Restat ut inquiramus, quis fuerit daemon in vico Menuthis cultus, cuius locum christiani occuparunt martyres. Oracula edidisse aegrotosque curasse ille traditur, quae eorum deorum Graecorum sunt facultates, quibus incubare solebant; muliebrem fuisse item constat[1]). Nonne quid magis certum erui potest? Responsum reddit inscriptio, quam benigna servavit fortuna per annorum seriem temporumque fugam, quamquam hodie ubi exstet videtur incertum. Legis enim apud Kaibelium Inscr. Gr. Sic. et Ital. nr. 1005 (= C. I. G. III 4683 b = Letronne Recueil des inscriptions Grecques et Latines de l'Égypte I p. 434 nr. XLV = Gruterus Inscr. ant. p. 85, 1) haec: *Εἴσιδι Φαρίᾳ Εἶσιν τὴν ἐν Μενουθὶ*[2]) *ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ κυρίου ἡμῶν αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου.* Iam habes deam illam, Isidem scilicet *ἐν Μενούθι*, cuius statuam nescio quis alteri Isidi certo loco cultae[3]) dicavit. Videtur Isidis illius cultus quondam celeberrimus fuisse, id quod probabiliter collegit Boeckhius[4]) ex Indici maris insula *Μενουθιάς* nomine fortasse a nauta quodam Alexandrino vocata, cui votum erga Isidem erat solvendum[5]). Idem nomen feminae cuidam attributum in inscriptione occurrit Aegyptiaca C. I. G. III 4814 (= Letronne Transact. of the royal society of lit. II (1832) p. 71, 8): hic quoque a dea illa ductum esse videtur. Nec minus ea re fortasse quanta dea Menuthitis fuerit auctoritate illustratur, quod tabula de qua supra diximus Romae, siquidem hoc credere licet[6]), erat posita. Sepulcrum Menuthidis cuiusdam prope Alexandriam cultum fuisse, id quod optime in eiusmodi quadrat deorum venerationem, apud Epiphanium legis in Ancorato[7]). Ad orgia denique in deae illius cultu usitata pertinent, quae apud eundem inveniuntur scriptorem advers. haeres. t. III p. 570, 25 Dind.: *τὰς δὲ Μεμφίτιδας Ἡλιουπολίτιδας ὀργιώσας, τυμπάνῳ τε καὶ αὐλῷ τὸ θέλγητρον εἰς ἑαυτὰς λαμβανούσας,*

---

1) Addas Sp. R. IV 252: *ὅλως κυρὰ καὶ θεὸς εἶναι δυνατὸς καὶ προσκυνεῖσθαι θέλει· ἐν τοῖς δαίμοσιν οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἄρρεν οὐδὲ θῆλυ. καὶ βλέπετε ποίαν ἔχουσιν προαίρεσιν· ὀνόμασιν γυναικῶν καλεῖσθαι βούλονται.*

2) Videtur rectius *Μενούθι.*

3) *„Il s'agit donc, ici, de la consécration de la statue d'une Isis 'locale' dans le temple d'une autre Isis 'locale'"* Letronne p. 434.

4) Ad C. I. G. III 4683 b. Loci ibidem nec non apud Letronnium p. 436. Insulam alii 'Madagascar', alii 'Zanzibar' esse credunt; *νῆσος Αἰθιοπίας* Steph. Byz. s. v. *Μένουθις.*

5) Sic Letronne p. 436.

6) Gruterus adnotat: *„Romae, in Coritii quondam domo"*. *„Proveniente dal negoziante Melch. Fossati di Roma"* Lopez apud Kaib. *„Parmae in museo (acquisto 1843: Lopez)"* Bormann ap. Kaib. *„Romae titulum positum fuisse nec demonstrari nec negari potest"* ipse Kaibel.

7) *Κάνωβός τε ὁ Μενελάου κυβερνήτης καὶ ἡ τούτου γυνὴ Εὐμενουθὶς* (legunt viri critici *Μένουθις*, v. Letronn. p. 435, 1) *ἐν* (= *πρὸς* Letr. ib. adn. 2) *Ἀλεξανδρείᾳ τεθαμμένοι τιμῶνται πρὸς τῇ ὄχθῃ τῆς θαλάσσης, ἀπὸ δεκαδύο σημείων διεστῶτες* Epiphan. Ancor. 106 p. 209, 26 Dind.

εἰ διηγησαίμην, χορίτιδάς τε καὶ τριετηρίτιδας καὶ τὰς ἐπὶ τῆς Βαθείας καὶ ἐν Μενουθίτιδος ἔξω βεβηκυίας αἰδοῖ τε καὶ καταστάσει γυναικείᾳ, πόσοις ὄγκοις γλώττης ἢ πόσῳ πλάτει συντάξεως ἑαυτὸν ἐπιδοὺς ἐπὶ τὸν προειρημένον ἀριθμὸν τὸν ἀμύθητον ἑαυτὸν ἐκδοῦναι δυνήσομαι; Quocum haud discordat Sp. R. III 81 = M. 3416 C, ubi Menuthis vicus *δυσαγὲς* nominatur daemonii *κτῆμα, ὃ τῆς δαίμονος ὑπῆρχεν ἐπώνυμον καὶ τῶν μυσαρῶν αὐτῆς τελετῶν μιαρὸν ἐνδιαίτημα.*

Quod vero maximi est momenti constat inter omnes Isidem per somnum sanavisse aegrotos, h. e. per incubationem: per somnia visa medicinam praebebat clareque ipsam cum remediis se offerebat infirmis [1]). Incubationem iis regionibus [2]) usitatam fuisse testatur Strabo, qui XVII 1, 17 p. 801 de urbe Canopo hoc profert: *Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις . . . ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρους. συγγράφουσι δέ τινες καὶ τὰς θεραπείας.* Notandum vicum Menuthis prope Canopum situm fuisse. Accepimus ipsum daemonium a sanctis depulsum vaticinatum esse atque remedia praecepisse nec non apparuisse supplicibus. Quod per somnum factum esse nunc quidem concludendum esset nobis, si alia testimonia deficerent. Sed hoc quoque ipsis oculis capere potes, si inspicias Cyrilli orationem in ipso martyrum cultu instituendo habitam (Sp. R. IV 252): *ἡκέτωσαν τοίνυν οἱ πάλαι πλανώμενοι· ἐρχέσθωσαν εἰς ἀληθινὸν καὶ ἀκαπήλευτον ἰατρεῖον· οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ὀνείρατα πλάττεται κτλ.* Incubandi igitur usum, cuius quod ad ecclesiam christianam pertinet copiosissima testimonia Cyri et Ioannis nobis praebent miracula, iidem martyres ab Iside Aegyptiaca quam

---

1) Diodor. I 25, 3. 5. Plura apud Drexlerum in Roscheri lexico mytholog. II 1 p. 522 sqq. s. v. Isis. — De remedio quodam ex Hephaesti templo Aegyptiaco exscripto dicit Galenus De compositione medicamentorum per genera V 2 t. XIII p. 776 Kuehn. Qua ex re Meibomius (De incubatione in fanis deorum medicinae causa olim facta [in dissertationum rariorum de antiquitatibus sacris et profanis fasciculo, quem recensuit Iul. Car. Schlaeger Helmaestadii 1742 p. 123—152] c. 25) conclusit in Hephaesti quoque templo incubandi usum exstitisse. Tamen Kinderlingius Der Somnambulismus unserer Zeit etc. p. 16 remedium illud non ad Hephaestum, sed ad Isidem pertinere putat, quia in Hephaesti de quo diximus sacro Isidis erat *σηκός* (Diodor. I 22, 2 [*μέχρι τοῦ νῦν*]). Coniectura non tantum probabilis, sed etiam certissima videbitur, cum quod Kinderlingium fugit addiderimus remedium ipsum a Galeno descriptum nominatum fuisse — 'Isis' (cf. p. 774 capitis titulum)!

2) De incubatione in Aegypto adhibita conferas Diodori locum adhuc neglectum I 53, 8: *ἔνιοι δὲ λέγουσιν αὐτὸν* (Sesoosin) *ὑπὸ τῆς ἰδίας θυγατρὸς Ἀθύρτιος παρακληθῆναι πρὸς τὴν τῶν ὅλων δυναστείαν, ἣν οἱ μὲν συνέσει πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρουσάν φασι διδάξαι τὸν πατέρα ῥᾳδίως [ἂν] ἐσομένην τὴν στρατείαν, οἱ δὲ μαντικῇ χρωμένην καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προγινώσκουσαν ἔκ τε τῆς θυτικῆς καὶ τῆς ἐγκοιμήσεως τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς.*

victuri erant receperunt[1]); pagani mores, quos exstinguere ecclesia non poterat, veste christiana tecti vigebant, praesertim cum iam illis temporibus ecclesiae stomachus credentium haud recusaret nummulos.

4. Thecla.

S. Theclae quoque traduntur miracula iis, quae sub 2 et 3 perlustravimus persimilia. Conscripsit enim Basilius quidam Seleuciae episcopus libros de vita ac miraculis Theclae duos[2]), quorum altero de curationibus refert aliisque miraculis a sancta martyre effectis, quae cum Cyri Ioannisque Cosmae Damianique sanationibus congruere primo obtutu clarescit. Basilius ille vel qui fuit librorum auctor[3]) Thecla, quam quidem ipsi Seleuciae incolae venerabantur, quasi patrona sua utitur atque in libris componendis cum languescit, a martyre haud secus admonetur atque Aristidės rhetor ab Aesculapio suo dum sacras suas conscribit orationes. Omnino statuere licet maximam intercedere in singulis quoque similitudinem inter omnes eiusmodi homines, qui deum quendam pro amico et consultore haberent[4]). Sed accedamus ad ipsa miracula.

---

1) Divinandi vis, quamquam eiusmodi sanctos omnia scire consentaneum, perlucere videtur in mir. 62, 3641 B, ubi Rhodopae mulieri mortem ei instare praedicitur.

2) Basilii Seleuciae in Isauria episcopi de vita ac miraculis d. Theclae virginis martyris Iconiensis libri duo, Antverpiae 1608.

3) Quod haud satis certe constat; tamen verisimile est quinti saeculi fuisse scriptorem eumque Seleuciae episcopum vel presbyterum. cf. Koehlerum in Mus. Rhen. 14 (1859) p. 472.

4) Putaveris Aristidis orationes sacras te legere, si evolvas Basilium p. 210: *καὶ εἶπον μὲν ἄττα* (in contione)· *οὕτω δέ μοι τὴν χεῖρα καὶ χάριν συνεπέδωκεν ἡ μάρτυς, ὡς εἶναί τι [καὶ] δόξαι καὶ εἰρηκέναι μετρίως καὶ θαῦμα πλεῖστον ἐπὶ μηδενὶ θαυμαστῷ τῶν ἐμῶν ἀπενέγκασθαι λόγων. καὶ τῆς ἱερατικῆς δέ μοι καταξιωθέντι γερουσίας καὶ τοῦ καταλόγου τῶν διδασκάλων καὶ ἱερέων συμπαρῆν τε ὡς τὰ πολλὰ καὶ νύκτωρ ἐπιφαινομένη βιβλίον τί μοι πάντως ἢ χάρτον ὤρεγεν· ὃ πάντως μοι πλείστης εὐδοκιμήσεως σύμβολον ἦν τε καὶ ἐδόκει.* Quomodo sancta martyr in scribendo admoneat auctorem, vide ib. p. 178 sq.: *ἔδοξεν ἡ μάρτυς πλησίον ἐν ὄψει μου παρακαθέζεσθαι . . . καὶ ἀναγινώσκειν ἐδόκει μοι* (sc. *τὰ θαύματα*) *καὶ ἐφήδεσθαι καὶ μειδιᾶν καὶ ἐνδείκνυσθαί μοι τῷ βλέμματι ὡς ἀρέσκοι τότε τοῖς γραφομένοις καὶ ὡς δέοι με ἀναπληρῶσαι τὸν πόνον τοῦτον καὶ μὴ ἀτέλεστον καταλιπεῖν, μέχρις ἂν ἐξῇ μάλιστα ἃ ἕκαστος οἶδε καὶ ἅπερ σὺν ἀκριβείᾳ δυνατὸν παρ' ἑκάστου μανθάνειν. ὥστε με μετὰ τὴν ὄψιν ταύτην δέους τε πληρωθῆναι καὶ προθυμίας ὑποπλησθῆναι καὶ ἅψασθαι πάλιν δέλτου καὶ γραφιδίου καὶ τοῦτο ποιεῖν μέχρι περ ἂν αὐτὴ κελεύῃ.* De Aristide v. t. II p. 395, 8 Keil: *εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς προεῖπεν ὁ θεὸς ἀπογράφειν τὰ ὀνείρατα.* De Sophronio, qui a ss. Cyro et Ioanne impellitur, cf. Spic. Rom. III 9 = Migne p. 3384 A.B: *τὸ γράφειν ἐπέτρεψαν τὴν ἑαυτῶν συμμαχίαν χορηγεῖν συνταξάμενοι. πολλάκις οὖν ἐν τῷ γράφειν ἡμᾶς ἐπεφάνησαν πληροῦντες αὐτῶν τὸ ἐπάγγελμα, ποτὲ μὲν μέλαν καὶ κάλαμον παρεχόμενοι, ποτὲ δὲ τὴν τετράδα λαμβάνοντες καὶ τὰ ἡμέτερα σφάλματα διορθούμενοι κτλ.* Proclus quominus commentarios in carmina Orphica scribat somniis impeditur, cf. Marinum v. Procli 27. Artemidorus in Oneirocriticis componendis ab Apolline admonetur: *ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρῴῳ ὄντι*

Puteus prope templum: *ὥρμησε μὲν* (sc. mulier aegrota) *ἐπί τί ποτε τῶν παρακειμένων φρεάτων* mir. 3 p. 142. Fons a martyre pecorum pestilentia exorta paratur: *τὴν γὰρ μὴ οὖσάν ποτε πηγὴν μήτε παρά τινος ἡμῶν ἢ καὶ τῶν παλαιοτέρων ὀφθεῖσαν ἀθρόον ἀναβλύσαι παρασκευάζει . . . ἐν ᾧπερ τόπῳ πάλιν αὐτῆς ἐστι τὸ τέμενος* 21, 196. Lavacrum: *ὥστε τῷ αὐτῆς χρήσασθαι λουτρῷ* 9, 156.

Columbae[1]) aliaeque aves in sacro Theclae habentur: *πολλά γε δὴ καὶ ποικίλα τὰ νεμόμενα· κύκνοι, γέρανοι, χῆνες, περιστεραί, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου καὶ Φάσιδος, ἃ . . . ἀνατιθέασιν οἱ ἐπιδημοῦντες τῇ μάρτυρι* 8, 152.

Apparet Thecla per somnum: Alypio aegroto qui adiit templum *ἐπιφοιτήσασα νύκτωρ . . . εὐθὺς ἤρετο, ὅτι τε πάσχοι κτλ.* Lapidem ei praebet *καὶ ἔτι μὲν τῷ ὕπνῳ κατεχόμενος ἐδόκει τε ἔχειν . . . ὡς δὲ καὶ ἀπηλλάγη μὲν τοῦ ὕπνου . . . ἠπατῆσθαί τε ἔδοξε καὶ ἀληθῶς εἶναι ὄναρ τὸ ὄναρ* 24, 200 sq. *ἡ μάρτυς . . . ἐφιστᾶσα νύκτωρ καὶ λαβομένη μου τοῦ ὠτίου καὶ διασείσασα καὶ εἰς ἰχῶρα βραχὺν τὸν πάντα διαλύσασα πόνον* 27, 210.

Indicat remedia per somnum: *ἀκούσας τε ἃ δεῖ ποιῆσαι παρὰ τῆς μάρτυρος καὶ ποιήσας καὶ ἀπαλλαγεὶς τοῦ νοσήματος κτλ.* 25, 206.

ἐφίστασθαι dicitur: *ἐπέστη* 15, 176. *ἐπιστᾶσα* ib. 178. *ἐφίσταται* 19, 190. *ὄναρ κεφαλῆφιν ἐπέστη* (ex Iliadis *K* 496) 20, 192. *ἐφιστᾶσα* 27, 210.

Martyr relinquit ventum suavem (cf. p. 13): *κἀπῆλθε ζέφυρον, ὡς εἰπεῖν, αὐτῇ μόνον λιγυρὸν ἐμπνέοντα καταλείψασα. διεγένετο μὲν οὖν . . . αὐτὴ μόνη ὡς ἐν ἦρι . . . διάγουσα* 3, 142.

Sequitur eam puella: *προσκαλεσαμένη δὲ κόρην ὥς ἄν τινα παιδίσκην αὐτῇ παρομαρτοῦσαν φησί κτλ.* 3, 142. cf. Aesculapii ministros et puerulos.

Dormiunt humi: *νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης . . . διηπορεῖτο* (sc. aegrota) . . . *καὶ ποτὲ μὲν κατὰ τὰ χαμεύνια αὐτὰ περιεστρέφετο . . . ποτὲ δὲ καὶ ἀναπηδῶσα τῆς κοίτης κτλ.* 3, 142.

Apparet extra templum suum martyr: *ἐφίσταται . . . τούτοις ἔτι καθεύδουσι* (in horto) . . . *οἱ δὲ . . . ὑφ' ὧν ἀκηκόεσαν καταπλαγέντες κτλ.* 19, 190.

Asseveratur *ὕπαρ οὐκ ὄναρ*: *Κάστωρ τις . . . κατ' αὐτὴν τῆς πανηγύρεως νυκτεγερσίαν*[2]) *ὄψιν ὁρᾷ τοιαύτην . . . τὸ δὲ ἦν ὕπαρ*

θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν παρῆλθον, πολλάκις με προτρεψαμένῳ, μάλιστα δὲ νῦν ἐναργῶς ἐπιστάντι μοι . . . καὶ μονονουχὶ κελεύσαντι ταῦτα συγγράψαι Artem. On. II 70 p. 168, 2 Hercher. Quomodo ampelurgus a Protesilao suo gubernetur elucet ex. gr. e Philostr. Heroico 664 p. 133, 1 Kays.: *ξυνῆκα, ὅτι μεταβαλεῖν κελεύει με τὸ τοῦ βίου σχῆμα.*

1) Columbam Thecla ministram suam nominat, quam duo stuprare volunt viri; quibus in horto adsistit sancta: *εἰς τί . . . τὴν περιστερὰν τὴν ἐμὴν . . . διαφθεῖραι βούλεσθε κτλ.* 19, 190.

2) cf. p. 63 sq.

λοιπόν, οὐκ ὄναρ ἔτι 14, 174. Extra templum vigili aegrotae puteum adgressae *παραφανεῖσα . . ἡ μάρτυς . . . τῆς μὲν ὁρμῆς ἔπαυσε . . . καὶ ταῦτα δὲ ὕπαρ οὐκ ὄναρ ἐδρᾶτο* 3, 142 sq.

Cum universus Seleuciae populus oculorum aegritudine[1]) adfligeretur, *ἡ μάρτυς . . . ἀνοίγει μὲν ἐν τῷ αὐτῆς τεμένει τὸ ἰατρεῖον, προσκαλεῖται δὲ κοινῇ πάντας ὡς αὐτήν, ἑνὶ μὲν τῶν πασχόντων τοῦτο νύκτωρ διακελευσαμένη, πᾶσι δὲ δι' ἐκείνου κηρύξασα, ὥστε τῷ αὐτῆς χρήσασθαι λουτρῷ πάντας τοὺς τῷ πάθει τούτῳ παραπεπτωκότας* 9, 156.

Fures indicat Thecla nec non locum, ubi conditum est furtum: *καταμηνύει καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ χωρίον καὶ τὸν φῶρα* 5, 148. cf. mir. 6. Comparari potest illud ex iamatis Epidauriis miraculum, ubi Aesculapius per somnum viro cuidam indicat locum, quo filius eius saxis reclusus versetur. v. p. 37, 1.

Irascitur Thecla, cum de potentia eius dubitatur: appropinquantibus inimicis Dexianus, qui templi custodibus praeerat, thesauros martyris in tutum abstulit locum: *νυκτὸς . . ἐπιλαβούσης θορύβου τε πλήρης ἦν ὁ νεὼς καὶ ταραχῆς καὶ βοῆς τῆς μάρτυρος ἄνω τε καὶ κάτω διαθεούσης καὶ καταφρονεῖσθαι παρὰ τοῦ Δεξιανοῦ λεγούσης ὡς ἀσθενοῦς . . . ταῦτα τῶν ἔνδον τινὲς τότε καθευδουσῶν παρθένων καὶ μαθοῦσαι καὶ παρ' αὐτῆς τῆς μάρτυρος ἀκούσασαι ὕπαρ... ἀπελθοῦσαι πάντα τῷ Δεξιανῷ ἀπήγγειλαν κτλ.* 17, 180 sq.

Impedit martyr ne quis in sacro suo sepeliatur: *μήτε γὰρ εἶναί τι κοινὸν τάφοις καὶ εὐκτηρίοις οἴκοις, πλὴν εἰ μή τις ἄρα καὶ νεκρὸς γεγονὼς μὴ εἴη νεκρὸς, ἀλλὰ ζῇ τε τῷ Θεῷ καὶ ἄξιος ᾖ τοῦ καὶ μάρτυσιν συνοικεῖν καὶ ὁμοστεγεῖν* 15, 178. Epidauri nec mori licebat nec parere intra sacrum ipsum.

Non tantum inesse vides Theclae miraculis, quantum eorum quos supra tractavimus martyrum; tamen sufficit, ut agnoscatur similitudo. Accedit idque gravius quod Thecla quoque Graeci daemonis occupavit locum, qui olim Seleuciae vaticinabatur, videlicet per somnum. In Basilii libro id ipsum, quomodo sancta christiana heroem Graecum 'Sarpedonem' depulerit, describitur; non multum haec ab iis differunt quae in Sophronii aliorumque scriptis de Cyri Ioannisque victoria referuntur. Atque interest discernere, et quomodo viva Thecla contra daemonem illum se muniverit, et quomodo daemon Thecla adversarium paganum oppresserit. Alterum legitur p. 122 in vita

1) *„Aujourd'hui encore on rencontre fréquemment en Grèce une espèce d'ophthalmie originaire de l'Egypte et appelée le trachôme"* Girard L'Asclépieion d'Athènes p. 116, 5 (secundum notam viri docti Atheniensis Anagnostakis). Catalogus Asclepiei Atheniensis, ubi enumerantur membra in effigie dedicata, '*ὀφθαλμοί*' vocem 110-ies praebet. cf. Girard p. 116. Nec non in iamatis Epidauriis caecorum numerus est maximus.

Theclae: *ἐπιτειχίζει δὲ ἑαυτὴν τῷ δαίμονι τῷ Σαρπηδόνι, τῷ καταλαβόντι μὲν τὴν ἐπὶ τῆς θαλάττης χηλὴν, πολλοὺς δὲ πλανῶντι καὶ ἀποβουκολοῦντι τῆς πίστεως, δι' ἀπάτου* (l. *ἀπάτης*) *ποικίλης καὶ κιβδήλου χρησμολογίας.* Alterum in miraculis p. 138: *ἅμα τε προσήλασεν ἡ παρθένος τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ ἥψατο τῶν ὁρίων αὐτῆς καὶ τὴν κορυφὴν ταύτην κατέλαβε συνέστειλέ τε αὖθις καὶ κατεσίγασε καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀφωνότατον ἐκάθισε τὸν πολυφωνότατον χρησμολόγον.* Iam vides daemonum pugnam: facile vincit martyr christiana. Quanta cum Iside Menuthis vico depulsa similitudo!

Sarpedon est deus chthonius: ipse olim homo natus[1]) mortem postquam oppetivit iuxta promunturium sepelitur[2]); daemon deinde habetur atque vates, denique deus: *τοῦτον τοίνυν λαβόντα καὶ δαίμονος ὄνομα καὶ χρησμῳδοῦ καὶ μάντεως φήμην καὶ διὰ τοῦτο δόξαντα παρὰ τοῖς ἀνοήτοις εἶναι θεὸν κτλ.* p. 138. Simili modo ex. gr. de Trophonio referunt scriptores Graeci. Apollo, qui permultis locis oracula chthonia aut oppressit aut suo nomine occupavit, Seleuciae quoque, ubi ex antiquissimis temporibus Sarpedonem cultum fuisse consentaneum est, vim suam videtur declarasse. Apollinis enim Sarpedonii cuiusdam oraculum Seleuciae exstitisse Diodorus[3]) et Zosimus[4]) commemorant ('in Cilicia' Diod.), id quod Sarpedonem una cum Apolline cultum[5]) vel rectius sub Apollinis potestatem redactum esse significat. Itaque etiam hoc loco Apollineae vis religionis est statuenda[6]). Tertia denique vicit Thecla neque tamen prorsus destruxit Sarpedonis memoriam. Nam superatus quidem tamen is quoque nonnumquam advocabatur: in mir. 2 p. 138 sq. de pagana[7]) quadam agitur nomine Aba, quae pedis osse confracto *ἀκίνητος ἦν, ποτὲ μὲν Ἰουδαίων, ποτὲ δὲ καὶ τῶν ἀπαοιδῶν τούτων, ἅμα δὲ καὶ τοῦ βελτίστου Σαρπηδονίου παιζόντων εἰς αὐτὴν καὶ τὴν μὲν θεραπείαν ἐπαγγελλομένων . . . οὐ μὴν καὶ ποιῆσαί τι δυναμένων οὔτε δυνηθέντων εἰς τέλος.* Sanata denique a Thecla ad fidem christianam convertitur. Altero in miraculo Sarpedon quasi superiorem esse Theclam concedit,

1) *τὸν ἄνδρα ποτὲ τοῦτον γεγονότα* p. 136.

2) *ταφέντα δὲ παρὰ τὴν χηλὴν καὶ τὴν ἠϊόνα ταύτην* p. 138.

3) 32, 10, 2: *Ἀλεξάνδρου . . . χρηστηριαζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν, ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι.*

4) I 57 p. 41, 10 Mend.: *ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον.* — Fortasse hoc intellegendum oraculum apud Tertull. de an. 46 C. S. E. L. t. XX p. 377, ubi inter oracula, quibus per somnia indicantur futura, Sarpedonis occurrit *„in Troade"*. Calami fortasse lapsum statuendum esse Rohdius quoque putavit, cf. Psyche[2] I p. 187, 3.

5) v. Rohde l. s. cf. R. Koehler M. Rh. 14 (1859) p. 474. Nonnihil secus Usener Göttern. 218 sq.

6) Apollo una cum Sarpedone nominatur Basil. p. 208.

7) Non Iudaea, quod legitur apud Koehlerum l. s. p. 473/4.

v. 26, 206: Aretarchus sophista, qui e renibus laborabat, *ἔτυχε ... σωτηρίας παρὰ τῆς μάρτυρος εἰπούσης ἔσεσθαι φάρμακον αὐτῷ καὶ ἄκος τοῦ πάθους ἀψευδέστατον ἄλλο μὲν οὐδὲν ἢ τὸ νυκτιαῖον τοῦ φωτὸς τοῦ καὶ τὸν αὐτῆς καταλάμποντος ἀεὶ χῶρον ἔλαιον* (cf. p. 82, 2) ... *τῆς μὲν ἰάσεως ἔτυχε, τῆς δὲ ἀσεβείας οὐκ ἀπηλλάγη ... 'ὁ γὰρ Σαρπηδόνιός μοι', φησί, 'τὸ ζητῆσαί τε παρ' αὐτῆς καὶ λαβεῖν προσέταξεν'.* Itaque christiana cum ethnicis se miscere non desinunt. Maximi vero quae de Seleuciae oraculo traduntur sunt momenti propterea, quod hoc loco trium religionum quae inter se excipiunt vestigia possumus indagare: chthoniae, Apollineae, christianae; id quod exprimitur Sarpedon, Apollo, Thecla nominibus. Cum ad populi ipsius fidem respicis, Sarpedon numquam ab Apolline est repressus; nam is ipse, non Lycius deus, a martyre christiana continuatur. Qua re denuo declaratur multo firmius Graecorum populo mysticam illam insitam fuisse religionem chthoniam quam hilarem Olympiorum splendorem.

Superest ut de morte Theclae pauca addamus, de qua Basilius I p. 122 sq. scribit haec: *ἐκοιμήθη μέν, ὡς ὁ πολὺς καὶ ἀληθέστερος λόγος, οὐδαμῶς, ἔδυ δὲ ζῶσα καὶ ὑπεισῆλθε τὴν γῆν, οὕτω τῷ Θεῷ δόξαν διαστῆναί τε αὐτῇ καὶ ὑπορραγῆναι τὴν γῆν ἐκείνῃ, ἐν ᾧπερ τόπῳ ἡ θεία καὶ ἱερὰ καὶ λειτουργικὸς πέπηγε τράπεζα... καὶ παντὸς μὲν πάθους, πάσης δὲ ἀρρωστίας αὐτόθεν ἀφιεῖσα πηγὰς ἰαμάτων ... ὡς εἶναι πάνδημον ἰατρεῖον τὸν τόπον.* Quibuscum sunt conferenda, quae in Pauli et Theclae actorum fine nonnullis codicibus traduntur. Narrantur enim haec[1]): Seleuciae medici detrimentum capiebant, quia Thecla quae in specu habitabat prope urbem sita gratiis curabat infirmos. Iuvenes igitur ad stuprandam sanctam miserunt, quo facto Theclam, quam Artemidis ministram esse putabant, vim salutiferam defecturam esse sperabant. Summo in periculo Deus adoratus martyri haec respondet (e codice G p. 272): *μὴ φοβηθῇς ... ἴδε ὅπου ἠνέῳκται ἔμπροσθέν σου, ἐκεῖ γὰρ οἶκος αἰώνιος ἔσται σοι, κἀκεῖ τὴν ἐπίσκεψιν δέχῃ. καὶ ... Θέκλα ἴδεν τὴν πέτραν ἀνεῳχθεῖσαν ὅσον χωρεῖ ἄνθρωπον εἰσιέναι ... καὶ ... εἰσῆλθεν εἰς τὴν πέτραν· καὶ συνεκλείσθη εὐθὺς ἡ πέτρα κτλ.* cf. ABC c. 44, 4 p. 270: *προνοίᾳ δὲ θεοῦ εἰσῆλθεν ἐν τῇ πέτρᾳ ζῶσα, καὶ τὴν γῆν ὑπέβη*[2]). cf. Simeon. Metaphrast. vit. Thecl. in Basilii editione p. 290: *ὁρᾷ κατ' ὄψιν πέτραν διανοιγεῖσαν ... εὐθὺς ... εἰς τὴν πέτραν ἐσέδυ.* Quae actis insunt ex iis, quae Seleuciae

---

1) cf. Acta apostolorum apocrypha edd. Lipsius et Bonnet I p. 270 sqq.

2) Sequitur hic narratio de subterraneo Theclae itinere Romam facto, qua de re recte fortasse iudicavit Lipsius Die apokr. Apostelgesch. u. Apostelleg. II 1 p. 432: *„Es liegt nahe, in der betr. Erzählung den Versuch zu finden, die Gebeine d. Heiligen für Rom zu annectiren“.*

vulgata a Basilio nobis referuntur, fluxisse iam adnotavit Lipsius Die apokr. Apostelgesch. etc. p. 432. Qua tamen in re explicanda Zahnium sequi velle videtur, qui (Gött. gel. Anz. 1877, 2 p. 1293) haec profert: „*Die im Theklakloster bei Seleucia in Ermangelung eines ostensiblen Grabs der Heiligen erdichtete Fabel von ihrem Verschwinden im dortigen Felsen, welche zur Zeit jenes Basilius nur erst mündlich umlief*“ e. q. s. Nos vero cum Theclam daemonis chthonii esse successorem christianum cognoverimus, non mirabimur quod eodem modo moritur sancta illa vel potius removetur sub terram, quo chthonii Graecorum dei in homines conversi apud epicos Graecorum poetas mortem oppetunt vel potius ad aeterne vivendum terrae subeunt cavernas. Pro multis de Amphiarao tantum nonnulla afferam: *γῆ λέγεται διασχεῖν, ὡς μαντεύοιτο ... καὶ ἀληθεύοι* Philostr. imag. I 27. *κεραυνωθεὶς .. κατέδυ .. ἐν τῷ Ὠρωπῷ* schol. Pind. Ol. VI 21. *διαστᾶσα ἡ γὴ ἐδέξατο .. ἐν Ὠρωπῷ* ib. 18. *λέγεται .. φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν* Paus. I 34, 2. *ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις* Sophocl. ap. Strab. IX 1, 22 p. 399. *δὺς κατὰ* [*τῆς*] *γῆς* Aristid. t. II p. 88, 29 Keil; vel hoc de Trophonio: *σπήλαιον .. ὑπελθών* schol. Luc. dial. mort. 3 I. Quae cum conferas cum Basilii narratione, nonne elucet similitudinem inesse maximam? Itaque sanctam Theclam remotam putaverunt sub terram, ubi viveret atque curationes praeberet. Atque sicut chthoniorum deorum antrum quasi domicilium eorum habebatur, ubi versarentur, prorsus eodem modo Thecla in antro quodam habitare credebatur. cf. 21, 196: *πᾶς γοῦν ὁ εἰς νεὼν βαδίζων τε καὶ εὐχόμενος εὐθὺς καὶ ἐπ' ἐκεῖνο τρέχει τὸ ἄντρον, ὡς ἂν καὶ ἐπί τινα κοιτωνίσκον λοιπὸν καὶ θάλαμον ἔνδον ἔχοντα τὴν παρθένον. φασὶ καί τινες τὰ πλεῖστα καὶ ἐν τούτῳ διατρίβειν αὐτήν*[1]). Quibus cognitis illius quoque martyris christianae natura quantumque a veterum paganorum cogitationibus pendeat satis perspicitur. Illud tantum, quod haud parvi videtur momenti, acriter velim attendatur: omnia a Basilio relata non litteris niti sed per ipsum vulgata fuisse populum, qui in eiusmodi rebus fidelius conservat antiqua.

5. Therapon.

Quintum subiungimus ceteris sanctis Therapontem, hominem novum atque iis, qui de incubatione egerunt prorsus ignotum. De vita eius non nisi pauca constant[2]), quamquam encomii auctor praetereundi forma usus patriam genus facta huius martyris adeo inter

1) Qua cum re aliquo modo cohaerere videntur, quae de viva adhuc narrantur Thecla, in antro scilicet eam habitasse prope Seleuciam, v. Acta Pauli et Theclae cod. M p. 269/70. ABC p. 270. ib. c. 45, 10. G p. 271. Sim. Metaphr. p. 284

2) v. anonymi encomium in sancti hieromartyris Therapontis miracula p. 111 sqq. a nobis editum.

omnes nota esse dicit, ut illis rhetorum artibus non opus esset (c. 2); qua de re iam in Actis sanctorum (mai. VI p. 681 E 4) recte iudicatur: nam non solum synaxaria, sed etiam quae in codice Messanensi ipsius encomii initio leguntur, satis clare quam incerta sint omnia testantur[1]). Monachus fuisse dicitur Therapon[2]), deinde Cypri insulae episcopus; mortem pro Christo obiit sepultusque Cyprum miraculis ornavit (6, 2). Cum vero Saraceni invaderent insulam, corpus sancti Byzantium translatum ibique in Deiparae sacro reconditum est (10, 17).

E miraculis quae in illo anonymi encomio enarrantur apparet Therapontem quoque per somnium curasse aegrotos[3]), h. e. per inbubationem. Id quod non ubique admodum perspicuum, velut in iis quae de Georgio decarcho proferuntur, qui capite detorto septemdecim per dies neque edere quidquam potuit neque bibere: *ὕστερον τὸ συνοῖσον σκεψάμενος χωρεῖ πρὸς τὸν ἅγιον, καὶ παραμείνας ἡμέρας τινὰς ἤκουσεν αὐτοῦ ἀοράτῳ γλώσσῃ τάδε κελεύοντος· ὑπὸ τοῦ πρόσμονός μου, φησίν, ἐλαίῳ ἀλείφθητι. τοῦτο ἐγένετο, καὶ ὁ ἀνὴρ εὐθὺς ὑγιὴς ἀνεχώρησεν* (16, 7 sqq.). Quomodo *γλῶσσα* illa quae auditur *ἀόρατος* intellegenda sit, videas ex iis, quae supra in capite primo p. 10 composuimus; conferas imprimis exempla ex Aristidis orationibus sacris hausta neque velim praetermittas quae Timarchus apud Plutarchum de Trophonii narrat oraculo: *εἰπεῖν τινα πρὸς αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον* (de gen. Socr. 22 p. 591 A). Satis igitur certum videtur per somnium Georgium illum martyris vocem audisse. — Theodorus paralyticus triginta per dies in Therapontis sacro incubuit: *καὶ δὴ θεωρεῖ τὸν θαυματουργὸν ἐπιδιδόντα δῆθεν αὐτῷ ἄρτον τε καὶ πλῆρες ἀκράτου ποτήριον* (16, 13 sq.), videlicet per somnum, nam secuntur haec: *ἀνακαθίσας δὲ τὸ δοκεῖν πρὸς τὸ δέξασθαι κατ' αὐτῆς ἀνεπήδησεν*; *τὸ δοκεῖν* plane 'per somnium' verti potest, id quod interpolator quoque sensit, qui addidit verba *ἐν ἀληθείᾳ διαναστὰς κτλ.* Itidem iudicandum est de 20, 19 sqq.: scholarius quidam qui vulnus habet sub pectore, *ὁρᾷ τὸν ποιμένα Θεράποντα κηρωτῇ τὸ ἕλκος ἰώμενον, ὃ καὶ ἐγεγόνει ἐν πράγματι. καὶ μεθ' ἡμέρας σῶος εὑρέθη καὶ ἄτρωτος, ὡς μηδὲ οὐλὴν ἐκ τοῦ τραύματος φαίνεσθαι.* Hic quoque veritas visioni opponitur. Somnium ipsum commemoratur 12, 8 sqq., ubi tamen quo loco id fiat non satis clare dicitur: Florinus quidam Italicus a daemonibus occupatus circa murum Blachernarum desuper in terram sese volebat conicere; captus autem ab hominibus qui hoc videbant custodiebatur. Tribus horis post remisso malo cum sana

1) v. E (= epitome cod. Mess.) 4: *οὐδεὶς συνεγράψατο, πόθεν ἢ ποῦ γεγέννηται ἢ ποίων ἔφυ γονέων ἢ πῶς ἐκ παιδὸς ἀνῆκτο ἢ πῶς διαπέπρακτο.*

2) 3, 11; E 8. Cypri episcopus: E 2; cf. synaxaria (A. s. mai. VI p. 681 C 2. Menolog. Basilii III ad 25. mai. Migne t. 117 p. 473).

3) Per somnum visus adhortatur timidum presbyterum Constantinopolitanum, v. 11, 11.

mente custodes suos adloqueretur, vinculo liberatus κατεκλίθη πράως καὶ κατεπαύσατο. περὶ δὲ μέσας νύκτας ὄψις αὐτῷ διαδείκνυται τοιάδε ἀγγέλλουσα· πρὸς τὸν εὐκτήριον οἶκον τῆς Θεομήτορος ἴεσο, ὅστις τῆς Ἐλαίας προσονομάζεται· αὐτόθι γάρ, φησίν, ἰαθήσῃ τοῦ πτώματος. ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο καὶ τὴν θεωρίαν εἰπεῖν ἀπετόλμησεν, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων ἤχθη κτλ. In Deiparae igitur templo Florinus sanatur: (19) καὶ οὕτως τέλειον ἐθεραπεύθη τοῦ πάθους ὁ δαιμονῶν δοὺς δόξαν τῷ διὰ τοῦ ἁγίου τὴν ἴασιν ἐνεργήσαντι. μείνας δὲ πλείστας ὅσας ἡμέρας καὶ τῆς θεραπείας τὸ βέβαιον ὄψει παραλαβὼν χαίρων πρὸς τοὺς ἰδίους ἐστέλλετο κτλ. Per sanctum, Therapontem scilicet, Deus dicitur effecisse curationem, itaque sanctus ipse per somnum apparuit vel visionem illam misit, in suo ipsius videlicet sacro. Huc reversus Florinus ceteros dies transegit atque curationem perfectam esse iterum per somnium accepit. Id quod e miraculis adhuc allatis conclusimus, s. Therapontem quoque per incubationem aegrotis indicasse remedia, aliis eiusdem encomii locis optime confirmatur. Senex quidam a militibus, operum exactoribus, fustis usque ad mortem caesus ὀψίας οὔσης in martyris sacrum portatur. Desperabant omnes qui videbant illum vel quod factum esset audiebant, ἀλλ' ὁ μάρτυς αὐτὸν διὰ τῆς νυκτὸς ἰασάμενος ἡμέρας ὑποφαινούσης ἀπέλυσεν (24, 12 sq.). Marinus quidam mutus et toto corpore captus κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἐν ὀπτασίᾳ λεχθὲν ἠλείφθη . . τῷ τῶν λειψάνων ἀπομυρίσματι. καὶ τοῦτο παθὼν ὅλος γέγονεν ὑγιὴς κτλ. (21, 7 sqq.) Plurimum vero docet miraculum quod legitur 20, 1 sqq.: ἐνταῦθα ὑδροπική τις ἐτέθειτο. καὶ ἰδοῦσα τὸν ἅγιον τῇ σμίλῃ τὰς βάσεις ἄκρας ἀναστομοῦντα διύπνησεν· ἦν γὰρ καθεύδουσα, ὅταν ἐχειρουργήθη παρὰ τοῦ μάρτυρος. τοῖς δὲ ποσὶν εὐθὺς μετὰ τὴν ἐγρήγορσιν ἐπινεύσασα ὕδωρ ὁρᾷ . . . ἀπορρέον τῶν βάσεων. Cui talia legenti Cosmae et Damiani vel Cyri et Ioannis vel ipsius Aesculapii curationes in memoriam non venerint.

Attendendum apud Therapontem quoque duo illa curationum genera observari posse, alterum cum ipse sanctus per noctem statim sanat aegrotum[1]) (cf. praeter miraculum modo allatum, ubi curationis vestigia somno soluto apparent, 16, 13 sqq.; 20, 19 sqq.; 24, 12 sq.), alterum cum remedia tantum per somnium a martyre indicantur (12, 9 sqq.; 16, 9; 21, 7 sq.). Adhibetur oleum sacrum (16, 9), cera (20, 19), unguentum quod e reliquiis profluit sancti (21, 8; cf. § 9). Maximi est momenti etiam apud Therapontem in ipso solo prostratos fuisse aegrotos, id quod testantur quae legis 17, 11 sqq.: Maria quaedam cancro laborans τεσσαράκοντα . . ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ χα-

---

1) cf. 18, 1: παρὸν τοὺς νῦν κατακλινομένους θεάσασθαι, καὶ μεθ' ἡμέρας (i. e. prima luce, cf. 20, 20) ἐλθεῖν καὶ ἰδεῖν τοὺς ἄρτι πάσχοντας ἀνερρωμένους καὶ σώφρονας.

μευνίᾳ διενεγκοῦσα ῥᾷστα πόρρω ἠνέχθη καὶ τοῦ νοσήματος ἀρρήτως ἰατρευθεῖσα παρὰ τοῦ μάρτυρος. Vides ieiunium quoque cum χαμευνίᾳ coniunctum fuisse, cf. p. 14 sq. Tertius dies hic quoque vim quandam exhibere videtur, cf. 18, 12/3; nono die sanatur Anastasius quidam (15, 5), tricesimo Theodorus paralyticus (16, 13). Ut ceteri sancti a nobis tractati, ita etiam Therapon superbos punit; cf. 22, 1 sqq., ubi mulier quaedam, quae infans a daemone vexatum irrisui habet, ab eodem daemone occupatur. — Ministri templi quorum in numero πρόσμων ille habendus est, qui Georgium aegrotum oleo ungit (16, 9 sq.), ab hominibus qui in sacro versabantur adiuti esse videntur (15, 7 sqq.). Curationes nonnumquam tabulis inscriptae proponebantur, cf. quae de Florino 12, 22 sq. dicuntur: τοῦ τε πάθους καὶ τῆς ἐλευθερίας τὸν θρίαμβον ἐγκήροις ἐστηλίτευσε πίναξιν. Occurrit denique ipsa vox κατακλίνεσθαι (v. p. 7 sq.) 12, 7 (κατεκλίθη) et 18, 2 (κατακλινομένους); cf. κατετέθη 16, 12/3. Cum 19, 7: οὐ πολλῶν προσεδριῶν ἐδεήθη, cf. p. 70, 3.

Vides igitur in singulis quoque Therapontis miracula cum Cyri et Ioannis vel Cosmae et Damiani miraculis consentire, atque optimo iure martyr ille in eorum sanctorum numerum referri potest, quos per incubationem adibant aegroti. Neque vero in hoc cultu deum quendam ethnicum possumus invenire, cui sanctus christianus succederet, sicut Dioscuris Cosmas et Damianus; cui rei indagandae ansa ne minima quidem praebetur. Restat ut qua in regione Byzantii Therapontis sacrum exstiterit quaeramus nec non de Cosmae et Damiani templi situ nonnulla addamus, quae hoc loco proferre magis existimavi idoneum.

Duorum nobis occurrunt in Therapontis encomio locorum nomina: Blachernae et Elaea (12, 2. 10). Florinus Italicus a daemonibus vexatus circa murum Blachernarum, cum desuper in terram se esset praecipitaturus, captus in Therapontis sacrum, ut supra (p. 105) conclusimus, deductus est. Perlegenti tibi miraculum illud elucebit martyris templum haud multum a muro afuisse. Cum vero martyris reliquiae in Deiparae sacro conditae esse dicantur[1]), clarissimum Blachernarum sacrum intellegendum esse putaverim. De altero loco iudicare difficile: idem Florinus per somnum a sancto hunc in modum admonetur: πρὸς τὸν εὐκτήριον οἶκον τῆς Θεομήτορος ἴεσο, ὅστις τῆς Ἐλαίας προσονομάζεται· αὐτόθι γάρ, φησίν, ἰαθήσῃ τοῦ πτώματος. Exstabat sane suburbium Elaea ultra sinum situm[2]), ubi etiam mons

1) τουτονὶ τὸν τῆς Θεοτόκου νεὼν ἐκλεξάμενος 10, 17.

2) ἐν οὐδεμιᾷ δὲ τῶν ἐντὸς τῆς πόλεως ἐκκλησιῶν ἐτέτακτο (sc. Σισίννιος πρεσβύτερος), ἀλλ' ἐν προαστείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ᾧ ἐπώνυμον Ἐλαία, τὴν ἱερωσύνην ἐκεκλήρωτο, ὅπερ καταντικρὺ μὲν κεῖται τῆς πόλεως Socr. hist. eccl. VII 26, 2. — Cum nomine cf. Συκαί suburbium, quod item ultra sinum erat situm (hodie Galata).

fuisse dicitur quem *Ἐλαιών* appellabant[1]); tamen vix probabile videtur in illius suburbii sacrum missum esse Florinum. Immo is quoque Deiparae *εὐκτήριος οἶκος* haud procul a Therapontis templo abesse potuit: fortasse in ipso Deiparae Blachernensis sacro *τῆς Ἐλαίας* cognomine certam quandam ob causam addito collocatus erat.

Non nullius momenti esse videtur, quod prope Blachernas Cosmae et Damiani quoque celeberrimum illud exstabat sacrum, de quo p. 70 sqq. egimus. cf. anargyrorum miraculum 18 p. 424 Wangn.: paedagogus quidam sanctis maledixit, *καὶ ἁπλῶς τοιαῦτα καὶ δεινότερα τούτων εἰπὼν καὶ ἐνθυμηθεὶς τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν τῶν*[2]) *ἐντεῦθεν εἴχετο ὁδοιπορίας. εἰσελθὼν δὲ καὶ κατὰ πάροδον ἐν τῷ σεπτῷ οἴκῳ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τῷ ἐπιλεγομένῳ ἐν Βλαχέρναις κτλ.* Putat Dehnius (l. s.) „*Anargyros Deiparae templo vicinos atque adeo in ipso illo Blachernarum suburbio fuisse*". Certe fuit Blachernis Cosmae et Damiani sacrum, cf. Chron. Pasch. p. 713, 9 ed. Bonn.: *εἰσῆλθαν δὲ* (sc. Avares) *καὶ εἰς τοὺς ἁγίους Κ. καὶ Δ. ἐν Βλαχέρναις*, vel ib. p. 725, 18: *ἔκαυσαν δὲ καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Κ. καὶ Δ. ἐν Βλαχέρναις καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου Νικολάου καὶ ὅλα τὰ πέριξ.* Alia vide apud Ducangium Cpolis christ. IV 15, 10 p. 127[b]. Altera tamen videtur esse ecclesia quam imperatore Theodosio Iuniore (408—50) Paulinus magister exaedificavit: ὃς (sc. Paulinus) *καὶ ἀνήγειρε τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀναργύρων* Codin. de aedif. p. 111, 10 ed. Bonn. (cf. ib. 112, 12). Nam extra Blachernas eam sitam fuisse e Cedreno elucet; agitur de Thoma qui imperatore Michaele Altero (820—29) Constantinopolim expugnare conatus est: *παρεμβολὴν ἐν τοῖς Παυλίνου, ἔνθα τὸ τῶν θαυματουργῶν Ἀναργύρων τέμενος ἵδρυται, ὀχυρὰν ἐπήξατο* (t. II p. 81, 8 ed. Bonn.), quibuscum conferas p. 82, 4: *κατὰ τοὺς τῶν Βλαχερνῶν πύργους ἐποιεῖτο τὴν προσβολήν.* Itaque putamus hoc alterum anargyrorum sacrum a Paulino exstructum ab illo Blachernensi esse distinguendum. Qua de re ne dubites, etiam alias Cosmae et Damiani ecclesias Constantinopoli exstitisse memineris. Sic Theodosii Minoris aetate a Proclo patriarcha in Zeugmate, quae est litoris regio Galatam versus sita[3]), anargyrorum sacrum conditum est[4]). Aliud eorundem sanctorum templum *ἐν τοῖς Βασιλίσκου* h. e. prope templum s. Sophiae[5]) a Iustiniano aedi-

1) Du Cange Cpolis christiana IV 9, 17 p. 115[a] (Venet. 1729).

2) Sic codex, *τὴν αὐτοῦ* Wangn., quem recte refutavit Dehnius in notis p. XXVIII.

3) cf. tabulam apud Mordtmannum Esquisse topographique de Constantinople Lille 1892.

4) *οἱ δὲ ἅγιοι Ἀνάργυροι οἱ ἐν τῷ Ζεύγματι παρὰ Πρόκλου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως . . . ἐκτίσθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ* Codin. de aedif. p. 93, 15 ed. Bonn.

5) cf. Mordtmann Esqu. topogr. § 117 p. 66[b].

ficatum, a Iustino II (565—78) renovatum esse dicitur[1]). Accedit denique ecclesia anargyrorum, quam idem Iustinus *ἐν τοῖς Δαρείου*, cuius regionis situs incertus esse videtur, exstruere coepit[2]). Gravissimum Procopii locum, qui ad illud Cosmae et Damiani sacrum spectat, ubi miracula a nobis tractata facta sunt, iam supra p. 76, 3 descripsimus. Blachernarum templum et sacrum a Paulino exaedificatum, quae Ducangius confudit, distinximus. Quaerendum est, utrum alterum eorum idem sit atque aedes a Procopio commemorata. Regio eadem, nam Procopius in extremo sinu in litore sinistro vel meridionali ultra Blachernas templum illud situm fuisse dicit; quod cum Paulini sacro convenit. Nonnihil tamen dubito, quia apud Procopium inornatum illud atque ignobile aedificium, pro quo clarissimum templum exstruxit Iustinianus, *ἐκ παλαιοῦ* exstitisse dicitur, id quod in sacrum imperatore Theodosio Minore a Paulino aedificatum vix quadrat. Qua igitur in re adhuc dubiis nobis haerendum esse videtur, quamquam auctore Eugenio Oberhummer hic illic de una eademque ecclesia agitur[3]). Unum quidem adnotare non praetermiserim quod fortasse Procopii verba *ἐκ παλαιοῦ* premi iubeat. Ecclesia, de qua dicitur, in extremo erat sinu, ubi hodie exstat suburbium Ejub[4]), itaque proxime a loco illo, ubi ex antiquis temporibus Dioscurorum sacrum ab aegrotis frequentabatur (cf. p. 79). Declaravimus supra Cosmam et Damianum artissime Dioscurorum cultui esse adnectendos: qua cum re optime conveniat, si antiquissimum anargyrorum templum in eadem qua illorum sacrum regione quaerendum sit.

Quinque igitur vel sex Cosmae et Damiani sacra Constantinopoli videmus exstitisse, quorum unum, Blachernense scilicet, certe Therapontis aedi vicinum erat[5]). De Michaele qui prope Byzantium in Sosthenio per somnum sanabat infirmos p. 65 sqq. egimus. Accedit quod etiam Cyrus et Ioannes in ipsa urbe non desunt; cf. quae Acta sanct. ian. t. II p. 1084, 19 e menaeis proferunt: *τελεῖται δὲ ἡ αὐ-*

---

1) *τὸν τῶν θείων Ἀναργύρων ναὸν ἐν τοῖς Βασιλίσκου* (sc. *Ἰουστῖνος ἀνεκαίνισε*) Zonar. XIV 10 p. 285, 7 Dind. cf. ib. p. 285, 1: ὃς (sc. Iustinus) *εὐσεβὴς ὢν τοὺς παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ δομηθέντας ἐπεκόσμει ναούς.* v. etiam Du Cange Cpolis christ. IV 6, 27 p. 83[b], ubi conferas locum Originum Cpolitan.

2) Anno 1 Benedicti I papae (574—78) *Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς ἤρξατο κτίζειν . . . τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Ἀναργύρων ἐν τοῖς Δαρείου* Theophanes t. I p. 375, 14 ed. Bonn. cf. menaeum Bartholom. Cutlumusiani ad 5. mai. p. 20 a/b: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῆς ἀθλήσεως τῶν ἁγίων μαρτύρων Νεοφύτου Γαΐου καὶ Γαϊανοῦ. τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ σεπτῷ καὶ σεβασμίῳ ναῷ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ θαυματουργῶν Ἀναργύρων Κ. καὶ Δ. τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δαρείου.*

3) E. Oberhummer Constantinopolis (Sonder-Abdr. aus Pauly-Wissowas R.-E.) p. 4[b], 37.

4) cf. ib. v. 50.

5) S. Theclae quoque erat ecclesia Blachernis, cf. Mordtmann Esqu. top. § 61, 6 p. 38[a].

τῶν (sc. Cyri et Ioannis) *σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῶν τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωρακίου*[1]). Antiquissimis iamiam temporibus Byzantii in Dioscurorum sacro incubationem usitatam fuisse p. 79 conclusimus, addamus denique eodem loco Amphiaraum quoque cultum fuisse[2]), cuius in templo Oropio somnia exspectare solebant aegroti.

Perlustravimus incubationem christianam, ad finem pervenimus. Vidimus usum illum inde a Syria usque ad Britanniam pervulgatum esse in ecclesia christiana. Plura fortasse addentur; quod maximum constat: incubationem ethnicam veste mutata in ecclesiam transiisse, ipsos deos ethnicos nonnullis locis sub sanctorum christianorum figuris latere. Sane Reinoldus Dehnius societatis Iesu sine dubio nobis opponeret: „*cum duo faciunt idem, non est idem*“[3]). Nos vero cum vetere Vandalio ei responderemus haec eodem modo esse Graeca, „*uti plurima alia tam mala quam bona ex Ethnicismo in Christianismum translata antiquitatis Ethnicae ac Christianae indagatoribus non praeiudicatis constat*“[4]).

---

1) Prope ab Octagono et ecclesia s. Sophiae, cf. tabulam Mordtmanni.

2) *Ἀμφιάρεω δὲ τοῦ ἥρωος* (sc. sacrum) *ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς* (cf. p. 106, 2) *ᾠκοδόμησεν* (sc. Byzas) Hes. Miles. 16 FHG. IV 149.

3) cf. notas eius ad mirr. C. et D. apud Wangn. p. XXXVII. Ibidem in comparanda incubatione christiana et ethnica de hac altera asseveratur: „*Sed haec omnia Ethnicos fecisse constat a daemone malo circumventos, in hostis huius infensissimi Deo obsequium*“.

4) De oraculis p. 335 (Amstelaedami 1683).

LAUDATIO IN MIRACULA SANCTI HIEROMARTYRIS THERAPONTIS

Praefatio

Encomium in miracula s. hieromartyris Therapontis in Actis sanctorum mai. t. VI p. 682—692 e cod. Laurentiano (plut. 9, 14). saec. XI publici iuris factum denuo edimus in huius libelli appendice. Nam cum Actorum textus miserrimus sit, itacismis[1]), falsis accentibus[2]), syllabis perperam diremptis[3]) adeo depravatus, ut nonnumquam codicem plane descriptum esse putes, tum alterum possumus adhibere saec. XII codicem Messanensem 29 (= M) adhuc neglectum, in quo idem Therapontis encomium nonnihil sane variatum exstat. Cuius exemplum a Maximiliano Bonnet curiosissime descriptum Useneri debeo benignitati. Quo codice novo quantum adiuvemur ex eo elucet, quod octoginta fere locis Laurentiano erat praeponendus. Nihilo minus hoc Actorum codice (= A) utendum est fundamento, quod comparato cum eo Messanensi facile probaveris.

Consentiunt inter se A et M exceptis rebus minutis inde a c. 10, 20 usque ad c. 28, 14, h. e. in miraculorum enarratione et epilogo. Antecedunt in M quae sub ipsius encomii textu seorsum addidimus (= E); quorum altera pars (v. 22—40) e cc. 6—10 excerpta est, prior vero (v. 1—21), etsi cum cc. 1—5 nonnihil discordat (cf. p. 104) atque iis

1) cf. *πολλοί* (1, 1) *πειθανῶς* (1, 6) *πορθμίῳ* (8, 2) *ἐπιθυασμὸν* (9, 1) *ἀνειμήσασθαι* (9, 8) *πρεσβήτου* (11, 7) *κατεκλείθη* (12, 7) *ἐνοχλυθεὶς* (12, 15) *πρινῆς* (ib.) *ὑγιεὶς* (16, 10) *ἐλεηνὸν* (17, 4) *τέραστης* (17, 5)! *σμήλη* (20, 2) *ἐγεγόνη* (20, 20) *ἀλλιώσας* (22, 10) *Δημιτρίων* (28, 8) *Ἐλευσηνίων* (ib.) *Ἀρτεμησίων* (ib.). *ω* et *ο* confusa, velut in *ἀνιστώρητον* (13, 10) *προτιμώτερον* (13, 11) *τελειώτητι* (19, 17) *ὤπως* (27, 3) *ἑωρτὴ* (28, 6) *ὀρθωδόξων* (ib.) *οὗτο* (7, 10) *δρομένων* (9, 5) *ὑπολοφήσαντος* (12, 6) *σοφρωνῶν* (ib.) *ἀνεμόνη* (14, 7); *τ* et *θ*: *ἀντέλκει* (3, 5) *ἐνθαῦτα* (5, 9/10) *ἐκτάμβων* (9, 1) *ἄνθλος* (9, 7) *ἐντάδε* (13, 7) *κατέστηκεν* (28, 12); *τ* et *στ*: *ἐκτετέλετο* (4, 8); geminatio neglecta: *περιραντηρίοις* (4, 2), cf. *κιννήρᾳ* (28, 2); *η* pro *ε*: *ἤξω* (25, 7); cf. etiam *ζυγκακοπαθεῖν* (6, 8) *φυλάπτουσι* (12, 7) *φιθυρισμοῦ* (25, 13).

2) cf. pro aliis *καθευδοῦσα* (20, 2/3, quod explicatur antecedenti *ἰδοῦσα* 20, 1) *ἐὰ* (18, 17) *βλαβεῖς* (16, 5).

3) cf. *δὴ τὰ* (7, 10) *μὴ δὲ* (20, 21).

quae in synaxariis (cf. p. 104, 2) insunt magis est cognata, tamen v. 8—11 et v. 16—21 prorsus cum A congruit, id quod suo loco in apparatu critico adnotare non praetermisimus. Inde a c. 28, 14 autem in M interrupto contextu ea secuntur, quae legis c. 3, 7—c. 4, 20, ita ut v. *παραχωρεῖ* (3, 7) ipsam v. *ἐκτετήγμεθα* (28, 14) excipiat. Apparet hanc prologi partem illius de quo pendet M codicis textui ex altero codice A simili adiectam esse. Itaque fit, ut nonnulla enuntiata in M bis occurrant, cum ex eadem prologi parte in extremo M collocata excerpta sint ea, quae eiusdem codicis initio (E) inveniuntur.

Codex M auget nonnumquam atque amplificat sententias: sic additur *ἀγαπητοί* (10, 20; 27, 1) *τιμία καὶ* (11, 2) *τίμια* (11, 5) *Θεράποντα* (11, 11; 16, 13) *αὐτῷ* (11, 11) *μικρὸν* (ib.) *ὑπάρχων* (12, 2) *θαυμάτων* (13, 9; 18, 11) *ἄγαν* (15, 10) *ἅγιον ἱερομάρτυρα* (16, 13; cf. 22, 19) *πάνυ* (17, 1) *προσμείνασα καὶ* (18, 12) *θαυματουργήματα* (25, 6) *καθ' ἑκάστην* (25, 11) *ἅπαντες* (27, 1); cf. *ἱερομάρτυρος* pro *μάρτυρος* (18, 11; 20, 3) *ταχίστη* pro *ταχεῖα* (16, 16). Codex A pro *γ* ante *κ* saepius praebet *ν*: *ἐνκώμιον* (in titulo) *συνκακουχεῖσθαι* (6, 10) *ἐν κηροῖς* (12, 23) *συνκεκύφει* (19, 2); praeterea adnotandum pro *ε* nonnullis locis perperam *α* scriptum esse: *εἰσοικίζασθαι* (4, 15) *τελαίαν* (7, 16) *ἐνταῦθεν* (20, 9) cf. *ἐθριάμβευσα* in M (11, 5); *ε* pro *α*: *θύσαντες* (4, 19) *ἐπήχθησαν* (20, 9); item *υ* pro *ν*: *εὐαλλόμενον* (25, 11) *εὐηργήθην* (25, 19) *εὐθέως* (27, 1). In *ν* ephlecystico quod vocant adhibendo vel neglendo A diligentior quam M, ita ut, cum in M ante vocalem vel in extrema sententia desideratur, inveniatur in A, velut 4, 7 (*γεγόνασιν*) 4, 8 (*εἶχεν* in membri fine) 11, 8 (*χερσίν*) 25, 3 (*ἐπιρρέουσιν*; cf. tamen *διδόασι* ib., *προχέουσι* 25, 2), cum vero in M videtur supervacaneum, desit in A: 4, 14 (*ἐστι*) 10, 20 (*ἐστὶ*) 17, 2 (*εἶχε*) 21, 6 (*προσῆλθε*); uno tantum loco (24, 1) in media sententententia *διέλαθε* praebet M *διέλαθεν* A. Conferendum est 25, 1 ubi ante vocalem *οὕτως* exhibet A *οὕτω* M.

Omnes eiusmodi res exceptis vocibus illis codicis M propriis in apparatu critico fere omisi, ne de itacismis dicam accentibusque neve de syllabis dirimendis vel coniungendis. Eodem iure in M codice neglexi *ο* et *ω* confusa (*προτιμώτερον* 13, 11) *ο* pro *ου* (*οράνια* 14, 13) *ε* pro *η* (*διελέγχεται* 23, 3; *διηγέσασθαι* 25, 7) *τ* pro *στ* (*ἀνετρεβλοῦτο* 12, 13) *ρ* pro *ρρ* (*περιραντηρίοις* 4, 2; *καταριπτούμενον* 22, 8) *μμ* pro *μ* (*ἀποκρεμάμμενον* 22, 7): talia notiora quam quae adnotentur. Silentio denique et dittographiam praeterii et haplographiam: scribitur *μαρ* | *μαραινομένη* (18, 8; cf. rasuram ante *σκάφος* E 29, quae *σκα* syllaba videtur expleta fuisse) *πάλεγόμενον* pro *πάλαι λεγόμενον* (24, 5); cf. *ἐνλόμενον* pro *ἐναλλόμενον* (25, 11) *σ|γκέχοιται* pro *συγκέχυται* (14, 11).

In encomio recensendo maxime nos adiuvat clausula rhythmica didactylica in extremis membris ac periodis diligenter observata spatiisque a nobis in textu notata. Quamquam intra periodum ipsam

choriambicae[1]) quoque atque adoniae occurrunt clausulae (neque tamen aliae[2]), ita ut Meyeri legem accuratissime servatam esse intellegas), tamen in eius fine non nisi didactylica invenitur[3]). Totius encomii rhythmus ad dactylos est propensus, qui nonnullis locis valde cumulantur: cf. quae adn. 2 inde a v. *ἀνεστρεβλοῦτο* leguntur; vel 10,21 sq.: *ἐκ πολλῶν δὲ ὀλίγοις ἐπιδραμὼν πρὸς τὸ πέρας καὶ δὴ τοῦ συντάγματος τρέψομαι*; vel 11, 11: *βλέπει κατ' ὄναρ τὸν ἅγιον λέγοντα*; vel 12, 1 sqq., inter quae imprimis attendas 3—5: *κατασχεθεὶς δὲ ὑπό τινων ἐκ τοῦ ταράχου τὸ πάθος προαισθανομένων καὶ ὑπὸ παραφυλακὴν γεγονὼς ὡς ὡρῶν τριῶν παρῆλθε διάστημα*; vel denique 19, 16 sq., ubi periodus in membra minuta discinditur: (*ἵνα*) *ὡς ἀπὸ φύσεως ἢ ἀναπλάσεως ἐν τελειότητι μένῃ ὁ ἄνθρωπος*. Bina periodi cola inter se solent respondere consonantibus saepe clausulis coniuncta; fit ut in numero quoque arsium congruant, cf. 10, 13—15: *πάλαι μὲν ἤλγεις ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρῶν*, | *ἄλγησον καὶ νῦν ὑπὲρ χριστιανῶν* = ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ | ∠ ⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠; vel 27, 14—15: *πτωχοί* ⟨*τε*⟩ *καὶ πένητες*, | *παρθένοι καὶ σώφρονες*, ‖ *οἱ ἐν γήρᾳ ὁμοῦ καὶ νεότητι*, | *ὀθνειοί τε καὶ αὐτόχθονες* = ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ | ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ‖ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ | ⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑. Ubi vides in prioribus colis etiam syllabarum numerum esse eundem; id quod itidem 21, 8—10 observari potest: *καὶ τοῦτο παθὼν ὅλος γέγονεν ὑγιὴς καρδίᾳ δοξάζων καὶ στόματι* | *τὸν διὰ τῶν ἁγίων Θεὸν τοιαῦτα ποιοῦντα θαυμάσια* = ⏑ ∠ ⏑⏑ | ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ | ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑ ∠ ⏑⏑. Ad clausulas consonantes quod pertinet, cf. etiam 28, 3—5, ubi binae inter se respondent choriambicae, adoniae, didactylicae: *ὁ μὲν γὰρ ψυχῆς*, | *ὁ δὲ σώματος πάθος εὐθυδρομήσας* | *ἐνθάδε διέφυγεν*, ‖ *ὁ δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν ἐνδεὴς* | *γεγονὼς τούτῳ προσκαρτερήσας* | *τῷ θείῳ δόμῳ τοῦ δέοντος ἔτυχεν*. Vides iam ex his, quanta cum arte encomium illud compositum sit. Consentaneum est in singulis, velut in arsium vel syllabarum numero, eiusmodi consensum non nisi paucis statui

1) cf. e Sophronio, a quo omnino clausula didactylica adhibetur (Meyer Der accentuirte Satzschluſs in der gr. Prosa p. 18), mirr. Cyri et Ioannis 1 p. 3425 A:

οἱ δὲ τὸν 'Ιουλιανὸν (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πατρί) διὰ τιμῆς πλείονος ἄγοντες
καὶ τὸν παῖδα στέργειν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπομνύμενοι
καὶ ἄλλως πως τὴν ὁλκὴν τῶν μισθῶν ἐφηδόμενοι
τῆς τε νόσου τὴν ἄκεσιν χρέος εἶναι διώμνυντο
καὶ ταύτην αἰδοῖ καὶ τιμῇ τοῦ πατρός
καὶ πόθῳ καὶ στοργῇ τοῦ παιδὸς
παρασχεῖν ἐπηγγέλλοντο.

2) 12, 12—14, ubi legis *ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων ἤχθη*, | *καὶ μόνον ἐπέβη τῆς τοῦ νεὼ κρηπῖδος*, ‖ *ἀνεστρεβλοῦτο τὸ σῶμα καθόλου καὶ κλόνον ὑφίστατο βίαιον*, fortasse post *μόνον ἐπέβη* et *σῶμα καθόλου* incidendum est, ita ut hoc eveniat schema: _ ⏑ ⏑ _ ⏑ | . . . _ ⏑ ⏑ _ ⏑ ‖ . . . _ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑.

3) Quibuscum qui pugnant loci, facile corriguntur vel eiciuntur, cf. p. 116 sq.

posse locis; clausulas saepissime consonare facile inveniet qui perleget encomium. Iam vero e membrorum dispositione certa elucet ratio: paene semper duae eiusdem generis clausulae inter se respondent[1]); rarissime D cum A et C coniunctum esse videtur[2]). Ex eiusmodi membrorum paribus componuntur periodi uno colo saepius praeposito vel adiecto, quo introducatur vel claudatur verborum circuitus. Nec non accidit, ut alterum paris colum in dua membra diffindatur, quorum posterius solet esse minimum (δ), utrumque clausula terminatur[3]).

Creberrimum periodorum schema atque simplicissimum est hoc: D—D; saepissime itidem occurrit D—D | D vel D | D—D et D—D | D—D. Clausularum dispositionem exemplis ut illustremus, capita 7 et 27 schematis exprimemus atque nonnulla singula schemata adiciemus; membrorum quae arculo coniunguntur clausulae consonant. c. 7: D(?)—D | D—D | D—D | D—D | D—D ‖ D—δD | D—D | D—D(?) | D—D. c. 27: D—D | D—d | d—D | D—D ‖ D—D | D | D—D ‖ D—D | D ‖ C—D | C—δδ ‖ A—A | D—D | D—D | D—D | D ‖ C | D—d | D—D | D—D | D—D. cf. etiam 9, 1—4: A—A | C—C | D—D; 15, 4—11: A—D | C—D | A—C(?) | D | C—C | D | A—D; 21, 7—10: C—D | C—D | C—D; 24, 3—9: A—A | D—D | C—D | C—D | D—D.

Adiuvat nos clausula in lectionibus eligendis, cum inter A et M codices dubii haereamus, velut 12, 10. 22; 20, 1; 22, 21; 27, 15. Ubi deest clausula, exceptis scilicet quae e divinis[4]) fluxerunt libris, textum interpolationibus, verborum ordine inverso, pravis lectionibus corruptum esse iudicandum videtur. Interpolatum esse eiusmodi encomii textum non mirum, quoniam in festo sancti recitari solebat, id quod ex ipso encomio elucet[5]). Uncis usi sumus his locis: 1, 1. 3sq.; 3, 7; 4, 7—19; 5, 8; 7, 9sq. 14sq.; 9, 4; 10, 3. 18; 11, 12sq.; 16, 2. 4sq. 16; 18, 16sq.; 20, 11—14; 22, 3sq.; 23, 1; 24, 3. 13sq.; 25, 20. Qui-

1) Littera D colum significabo didactylica clausula terminatum, A adoniam indicat clausulam, C choriambicam; d littera denotabo colum didactylo expletum.

2) A—D: 12, 3—5; 22, 4sq.(?); 25, 14—16. C—D: 22, 1sq.

3) cf. 2, 14; 3, 5sq.; 3, 14sq.; 5, 3sq.; 8, 6; 8, 11; 11, 4sq.; 13, 8sq.; 27, 11—13. cf. 7, 10sq.; 23, 3.

4) Quorum loci rhythmo didactylico adaptantur 7, 3sq.; 10, 2sq.

5) *ἐπειδὴ τοίνυν χρεῶσται πάντες τοῦ μάρτυρος, ἑορτάσαι δὲ τούτου τὴν μνήμην συνεκροτήθημεν, κάλλιστα αὐτῷ καὶ τὰ θύματα τούσδε τοὺς λόγους ἐσπείσαμεν* 26, 1. cf. 1, 12: *ὅπως μετ' ἐγκωμίων ἀεὶ τὰ τοῦ δικαίου τελῆται μνημόσυνα.*

bus vix addere quidquam oportet, cum uno quoque loco, quam ob rem eicienda sint, satis appareat; neque ullius loci eiectis quae inclusimus turbatur sententia. Enuntiata illa interpolata partim inter se sunt simillima, ita ut ab eadem manu addita esse videantur, cf. 3, 7 et 18, 16 sq.; 7, 9 et 14; 22, 3 sq. et 24, 3. De singulis pauca adicienda: c. 4, 7 iam verba *ταῦτα — ἐκτετέλεστο* satis inepta offendunt, quorum ope adnexa sunt, quae de Abel et Noah postea dicuntur. Quae quidem a totius encomii rhythmo valde discordant, quamquam inde a v. 11 rursus appareant didactyli. Accedit quod v. 19 verba *οἱ καλοὶ στρατιῶται* sqq. nullo modo cum iis quae antecedunt coniungi possunt; verumtamen optime ea excipiunt, quae v. 7 exstant: *ὅτι καὶ μέλη Χριστοῦ καὶ εὐωδία γεγόνασιν*. Itaque eiectis vv. 7—19 omnia bene se habent. 5, 8: inde a v. 4 bina cola inter se respondent, 7 sq. senectus — iuventus, 8 sq. monachi — clerici: apparet verba interposita *φυλακὴ παρθενίας* quae ordinem turbant interpolata esse, id quod vel clausula neglecta docet. 16, 4: *οὐ μόνον — βλαβείς* e voce *ἀοράτῳ* (8) fluxisse videntur. 20, 11—14 notanda, quia sex continent clausulas adonias inter se consonantes. Nonnullis locis quaedam interpolata esse suspicor neque tamen damnare ausus sum: sic 1, 9 fortasse *ἅπασα — μικροῦ καὶ* eicienda, item 11, 9—12; 15, 5 sqq. fortasse *γαληνιᾷ — τε* et *ὥστε — ἔργα* uncis includenda.

Hactenus de interpolationibus. Alia quae cum clausulis dissenserunt, facile correxi, nonnumquam non nisi verborum ordine mutato, quod sine dubio concedes, cum in A et M verba saepius varie disposita esse videris, cf. 13, 7; 19, 7; 22, 10; 27, 15. *ν* ephlecysticon ut consonent clausulae adieci 7, 7; 25, 2. 3. Alia non nisi proponere velim: 3, 1 fortasse legendum *ἐπάγων τὸν λογισμὸν πρὸς ἀφωνίαν ἐπ' ἄπειρον*; 3, 13 *ἐνεκαρτέρησε* (cf. *ἐνεκαρτέρει* E 17); 5, 17 *οὐκ ἀνέρρηξεν* vel *εὐθὺς τῶν καταδεσμῶν τοὺς κάλους οὐκ ἔρρηξεν*; 6, 1 *πλήρης μὲν ἅπασα*; 7, 15 *λείψανα* pro *ταῦτα ὀστᾶ* (*ταῦτα*, quod sensu caret, e 8, 1 ortum esse videtur; *ὀστᾶ* e Genesis loco translatum); 10, 12 *ἡμᾶς ἐπισκόπησον*; 11, 6 sq. *μυστηρίῳ πιστούμενος — ἦλθεν αὐτόματος*; 13, 7 *ἀπολεγόμενος*; 17, 3 *βιαίως* post *τινὶ* vel *καί*; 19, 13 sq. *Θεὸν ἰατρεύεσθαι*; 21, 5 *ἦν αὐτῷ ὄνομα* vel *Μαρῖνος τὸ ὄνομα*. Modo 11, 7 *τῶν — χερσίν* frustra temptari videtur neque vero choriambicas periodi clausulas concedi posse putaverim.

Quanta sit vis rhythmici illius accentus ex eo elucet, quod verba enclitica monosyllaba, cum in prioris dactyli arsim cadunt, in codice M accentu ornantur: sic legis in manuscripto *τίς ἐλαυνόμενος* (12, 1) *ὀθνεῖοι τὲ καὶ αὐτόχθονες* (27, 15), cf. *πῶς ἰατρείῳ* (19, 12). Videntur etiam verborum accentus rhythmi auctoritate posse mutari; nam pro *ὀσημέραι* 2, 13/4 Acta *ὡσήμεραι* exhibent, quod cum antecedenti *αὔξων* explet didactylum. Itaque me non reprehenderis, puto, si 7, 1 *Ἄγαρ ἑρπύστικον* recitatum esse dixerim, praesertim cum haec verba cum

iis consonent quae v. 2 secuntur: *πᾶσαν καὶ Αἴγυπτον*. Neque vero facere possum, quin etiam 5, 6 *θήσαυρος* legendum esse existimem: clausula didactylica utique postulatur neque tamen *τὰ θησαυρίσματα* similia ferri possunt, quia, cum hic quoque quae inter se respondent cola prorsus eundem numerum exhibeant syllabarum[1]), nullam syllabam licet adicere. Accedit quod apud ipsum Sophronium similia inveniuntur; nam in mirr. Cyri et Ioannis 1 p. 3425 C/D legendum est *τοῦτο δὲ ἦν τῆς αὐτῶν κηρωτῆς ἡ πάναλκης ἔμπλαστρος*[2]).

